



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





Ex Bibl. Sutorii.

202919

COMMENTARII CRITICI

IN

THUCYDIDIS

OCTO LIBROS

A

TRAVGOTT FREDER. BENEDICT

CONSCRIPTI



LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCXV

LECTORI DOCTO ET AEQUO

S. P. D.

TRAUGOTT FREDERICUS BENEDICT.

Multa quidem nostra aetate ad Thucydidem ornandum et explicandum suscipiebantur, sed magis praeparata atque collecta, quae ad huius praestantissimi scriptoris emendationem prosint, quam ad libros ipsius ab innumeris mendis purgandos adhibita esse, non facile quisquam infitiabitur. Eximia quidem fuit Henr. Stephani, Hudsoni, Wasii et Dukeri opera, in edendo Thucydidem posita. Illi tamen viri longe doctissimi, quamvis optime intelligerent, quibus instructi praesidiis interpretes ad Thucydidis emendationem accedere debeant, multorum codicum atque scriptorum antiquorum collatione potius, quid mutandum sit in variis locis, indicabant, quam contextam Thucydidis orationem, eiiciendis lectionibus falsis, vere emendabant. Viri deinde non minori eruditionis copia atque iudicii acumine insignes, Gottleberus, Bauerus atque Beckius, ad edenda huius historicorum principis scripta manum admouerunt, ad quos etiam Gailius doctissimus, qui Parisiensem ornat Academiam, accessit, lectionum varietate ex tredecim codicibus editioni suae Parisiensi adiuncta. Sed ne coniuncta quidem tanti nominis virorum industria, quae ad Thucydidem et ornandum et emendandum ab iis conferri poterant, varia de causa praestitit. Gottleberus quidem, cum adhuc

Scholae Annaemontanae praeesset, de Thucydide edendo iam agitabat consilium. Sed nimia in aliis negotiis occupatio eum multis annis retinuit ab hoc consilio plane exsequendo, ut praeter notas doctissimas ad duos primos Thucydidis libros conscriptas paucula tantum post mortem praematuram relinqueret, quae Thucydidis ornando inservirent. Iam Bauerus, repetita Thucydidis lectione praeparatus, in Gottleberi locum successit, ut ab eo inchoatam scriptoris Graeci editionem absolueret. Omnes etiam animo grato fatebuntur, plurimum contulisse subtilissimas Baueri notas ad locorum difficultium, quae non pauca in Thucydide occurrunt, interpretationem. Sed variarum tamen lectionum copiam, quae ad locorum multorum emendationem invitant Thucydidis lectores, tam parum in notis suis respexit, ut fere ubique locorum vulgatam verborum lectionem, quae iam in Dukeri editione est recepta, retineret. Cum vero ne Bauerus quidem opus inceptum absolueret et eidem quoque immortuus esset, Bekius, vir illustris, qui, si quis alius, et amplissima eruditione et ingenii acumine ad Thucydidem et explicandum et emendandum aptissimus celebratur, in auxilium vocatus est, ut tandem operi, quod tot annis adhuc imperfectum manserat, finem imponeret. Enimvero iure queritur vir doctissimus, sibi, cum Baueri editio propemodum iam absoluta esset, mutare omnem editio-

nis descriptionem et naturam, in qua multa displicerent, non licuisse. Quare tantum in Addendis, quae ab illis editoribus ommissa erant, et ad Thucydidis interpretationem et emendationem ei necessaria videbantur, proposuit, et ea ratione egregie quidem auxit vir celeberrimus Thucydidis interpretum subsidia, sed quo minus ipsam verborum emendationem suscipere, arctis illius editionis a duobus iam interpretibus inchoatae, continuatae et fere finitae limitibus est impeditus. Gailii tandem, viri doctissimi, nova innotuit editio, quae magna lectionum praestantissimarum, ex multis codicibus collectarum, farragine commendatur. Nemo igitur animo tam ingrato utetur, ut Gailium eximiis iisque immortalibus inter Thucydidis editores meritis splendere neget. Sed duo tamen de elegantissima Gailii editione admonere mihi liceat. Primum quidem non intelligo, quidnam religioni fuerit doctissimo Thucydidis interpreti, ne tot lectionum variarum probabilitatem ad emendam adhiberet contextam Thucydidis orationem, sed locis fere omnibus vulgatam verborum lectionem retineret. Deinde dubitatio quaedam in animo meo suborta est, an codices eximia Gailii cura collati tam accurate ubique locorum inspecti sint atque excerpti, ut repetita eorum comparatio esse superuacanea videatur. Non solum enim multis locis desunt variae codicum Parisiensium lectiones, si in primis posteriores Thu-

cydidis libros respicimus, quibus alii codices tamen varias lectiones easque memoratu dignissimas attulerunt: sed Regii etiam codicis variae lectiones, quom Gailius litera: G indicavit et in quo conferendo Dukerum quidem negligentiae accusat, saepe a Dukero studiose sunt adlatae, quamquam ibidem Gailius doctissimus illas plane omisit. Praeterea etiam sedula adhuc disquisitione de vario horum librorum pretio opus est, quia certe vario temporis interuallo et a variis scribis descripti sunt hi codd. Parisienses atque forte etiam olim iam nonnulli ab Henr. Stephano aliisque inspiciebantur.

Cum igitur a recentissimis huius scriptoris editoribus tam multa egregie praeparata sint ad Thucydidem ornandum et emendandum necessaria, quibus et Dukerus et alii priorum Thucydidis interpretum carebant, operae pretium facturus esse mihi videbar, si illis adiutus subsidiis vulgatam verborum scripturam in octo Thucydidis libris adhuc conspicuam denuo examinarem et meam simul qualemcunque sententiam de iis, quae codicum auctoritate potissimum atque alia etiam de causa esse mutanda et emendanda censebam, adicerem. Triplicem igitur editionem, Amstelaedamensem Dukeri, Lipsiensem Beckii et Parisiensem Gailii ad varias lectiones in octo Thucydidis libris obvias adcuratius inquirendas adhibui neque ullum horum librorum locum sciens praetermisi, in quo memoratu dignae codicum

lectiones mutationem vulgatae lectionis atque eius emendationem suadere videbantur. Ipsos etiam codices, quorum consensu siue admittendae siue reiiciendae essent variae lectiones, eorumque numerum laudavi in his commentariis, ut magis confirmarem lectoribus sententiae meae veritatem, et simul liberum ipsis iudicium, de singulis locis ferendum, maneret. Scripturae vero compendia, quibus libri collati in Amstelædamensi et Lipsiensi editione indicantur, et quae in iis laudandis quoque retinui, ita sunt explicanda:

Ar. indicat lectiones codicis Arundeliani s. Norfolciani,

Aug. indicat lectiones cod. Augustani,

Bar. - - - cod. Barocciani,

Bas. - - - cod. Basileensis,

Cam. - - - cod. Camerarii ad Heruagianam editionem collati,

Cass. indicat lection. cod. e Bibliotheca Comitis Prouincialis Hasso - Cassellani,

Cl. indicat lection. cod. e Bibliotheca Comitis Clarendoniae,

C. indicat lection. cod. e Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxon.

Dan. indicat lection. cod. Danici s. Hafniensis,

Graeu. indic. lection. cod. Graeuiani,

Marg. - - - cod. lectiones in margine ed. Stephani posterioris,

Mosqu. indic. lection. cod. Mosquensis,

Reg. indicat lectiones cod. Regis, quem
Gailius inter Parisiensis litera:
G indicat,

Vindob. indic. lection. cod. Bibliothecae
Imper. Vindobonensis.

Inter antiquas Thucydidis editiones laudantur Ald. Bas. Flor. Aem. Port. Steph. I. Steph. II. Vasc. h. e. Aldina, Basileensis, Florentina, Aem. Porti, prior et posterior Henr. Stephani, Vascosani editio.

Praeter illos libros, indéfesso aliorum studio collatos, diligentius quoque, quam antea, Vallae interpretationem Latinam cum Graeci scriptoris nostri verbis comparavi atque inde magis veram multorum locorum lectionem stabiliui. In uniuersum quidem continuata genuinae lectionis disquisitione in multis locis Thucydidis vulnera esse inflicta cognoui, quae verum eius verborum sensum occultarent atque peruerterent; id, quod imprimis in tribus ultimis scriptoris nostri libris, si quis adcuratius varias illorum librorum lectiones voluerit inquirere, adparebit. Nusquam quidem in notis meis de illa plurium verborum coniunctione, etiam in recentissimis adhuc Thucydidis editionibus obuia, mentionem inieci, quia non ad diuersum quidem verborum sensum, sed ad elegantio rem scribendi rationem, cuius curam imprimis futuri Thucydidis editores suscipere debent, pertinere mihi videbatur. Sed hac quidem data occasione, plane silentio praeterire nolim

istam plurium verborum coniunctionem, quam magis librariorum festinationi, quam ipsi scriptoris nostri elegantiae deberi censeo, quia verisimillimum est, a librariis in libris describendis, cum celerius labori suo finem imponere studerent, non solum excogitata esse innumera scripturae compendia, sed saepe etiam omissos esse accentus particulis proxime antecedentibus imponendos et elisas quidem ultimas vocabulorum literas, si vocalis antecedens a vocabuli proxime sequentis vocali exciperetur. Quam quidem sententiam multorum quoque codicum consensu confirmari, qui vocabula in aliis codicibus coniuncta separant et vocales a multis elisas adiiciunt, collatis quam plurimis scriptoris nostri locis Dukerus in praefatione editioni suae praemissa docuit. A futuro igitur Thucydidis editore retinendam esse censeo in plurimis locis vocalem: ε in particula: δε, atque etiam in fine aliorum vocabulorum elisam et loco vocabulorum coniunctorum: διαπαντός, επιτοπολύ, επιτοαντό, επιπολύ, επιπλέον, εσαΐαξ, ες ταμάλις, κατάκρας, καθόσον, καταντικόν, κατακράτος, οτιμάλις, οτιπλείη, οτιτάχιστα, οτιχρησιμώτατα, προτού, παραπολύ, πεντεκαίδεκα, τακράτις, ταπλέω, ταξυντομώτατα, τοαρχαίον, τοαντίνα, τοέπειτα, τοδευτερον, τολοιπόν, ταπάλαι, κοπλέον, τοπαρύ τοπρότερον, ώστάχιστα — verbis potius separatis, sicut codicum nonnullorum auctoritas postulat, scribendum est: δια παντός, επι τὸ πολὺ, επι τὸ αὐτό, επι πολὺ,

ἐπὶ πλεον, ἐς ἀπαξ, ἐς τὰ μάλιστα, κατ' ἀκρας, κατ' ὄσον, κατ' ἀντικρὺ, κατὰ κράτος, ὅτι μάλιστα, ὅτι πλείη, ὅτι τάχιστα, ὅτι χρησιμώτατα, τὸ ἀρχαῖον, τὸ ἀντίκα, τὸ ἔπειτα, τὸ δευτερον, τὸ λοιπὸν, τὸ πάλαι, τὸ πλεον, τὸ πρην, τὸ πρότερον, ὡς τάχιστα —.

Spero igitur, fore, ut observationibus a me conscriptis etiam ipsa scriptoris praestantissimi interpretatio adiuuetur, quia ex falsa verborum lectione plerumque sensus scriptoris consilio minus adcommodatus et saepe adeo ineptus existere solet. Iis vero, qui editiones huius scriptoris possident, illa lectionum variarum copia destitutas, quam Hudsono, Dukero, Gottlebero et Gailio debemus, praestantissimas quasque lectiones, quae plurimum conferre ad necessariam verborum receptorum emendationem mihi videbantur, in omnibus octo libris suppeditavi, ut aptis adiuti subsidiis, quae ad scriptoris intellectu difficilis explanationem requiruntur, illius se lectioni accingant. Si quid denique, quod futuro Thucydidis editori utile atque virorum doctorum comprobatione non indignum esset, attuli, id maxima ex parte viris omni laude dignissimis acceptum refero, qui difficile lectionum variarum ex tot codicibus colligendarum opus susceperunt. Scripsi Annabergae, d. XXVI. Ianuarii. A. c1613CCCXV.

NOTAE CRITICAE

AD

T H U C Y D I D E M.

A

NOTAE CRITICAE

AD

T H U C Y D I D E M.

LIBRI I, cap. 1. "Οτι ἀκμαΐζοντες ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφοτέρω παρασκευῇ τῇ πάσῃ. Exquisitior et dicendi generi in Thucydide obvio conuenientior erit lectio: ἦσαν ἐς αὐτὸν —. Qua emendatione ne litera quidem suo loco monetur. Hanc lectionem Gottleberus et Dukerus iam Suidae loco, qui Ionicam scribendi rationem: ἦσαν, Thucydidi male obtrudit, adducti suaserunt. — In verbis: τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὄρων ξυμισταμένον πρὸς ἑκατέρους — tres Pariss. codices cum aliis duobus libris omittunt verba: πρὸς ἑκατέρους. Quia igitur haec verba cum Thucydidis breuitate minus conueniunt, ex librariorum interpretamento orta esse mihi videntur. — Denique in verbis: μοι πιστεῦσαι συμβαίνει — quatuor codicum Pariss. consensu lego: πιστεῦσαι ξυμβαίνει, quia etiam in aliis locis Thucydides hanc scripturam sequitur.

Cap. 2. Ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος πόλεμῳ ἢ στάσει ἐκρίνοντες —. In sex codd. Pariss. legitur: οἱ πόλεμῳ ἢ στάσει —, sicut etiam Dukerus edidit. Unus veram lectionem adhuc retinere videtur: ἢ πόλεμῳ ἢ στάσει —. Eandem huius codicis lectionem quoque Valla, haud dubie ex libro suo, attulit. Nam vertit: Ex reliqua Graecia qui aut bello aut seditione exciderant.

Cap. 3. Πολλοὶ γὰρ ὕστερος ἐστὶ καὶ τῶν Τρωϊκῶν γεγόμενος —. Recte Gallius doctissimus omnium fere codi-

cum auctoritate edidit: πολλῶν γὰρ ὕστερον ἔτι — In verbis: ἀντίπαλον εἰς ἐν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι — septem codices legunt: εἰς ἐν ὄνομα —. Quam scribendi rationem Thucydidi propriam etiam in aliis locis, ubi tot codices non consentiunt, sequi debemus. Conferantur, quae a me dicta sunt ad lib. IV, cap. 8. et cap. 126. — In verbis denique: οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνέσαν, καὶ ξυμπαντες ὕστερον κληθέντες — verba: ὅσοι ἀλλήλων ξυνέσαν, varie explicantur. Vulgarem interpretandi rationem, quam etiam quidam codd. in variis lectionibus suis proponunt, ut de mutuo linguae Graecae commercio, quo se inuicem Graeci colloquio instituto intellexerint, haec verba explicemus, iure impugnavit Bauerus. Nam ab ipsa oratione contexta huius loci minus adiuuatur. Bauerus igitur aliam suasit interpretationem, cuius vestigia etiam in codice Danico iamprehenduntur, ut haec verba vertamus: Quicumque inter se essent coniuncti. Sed ne hanc quidem interpretandi rationem orationi contextae huius loci satis accommodatam esse censeo. Nam initio statim Thucydides demonstrare conabatur, nullum unquam bellum grauius aut opibus maioribus a Graecis uniuersis, quam illud Peloponnesiacum, esse gestum. Quae demonstratio etiam in iisdem huius loci verbis adhuc continuatur. Quare vertam haec verba: *Quicumque inter se, si singulas urbes spectamus, bella gesserunt.* Quod quidem a Graecis ante belli Troiani tempora iam factitatum esse, vel sola belli Thebani historia testatur. Multa autem Homeri, Xenophontis aliorumque scriptorum loca hanc verbi: συνιέναι significationem, ut de hostili congressu intelligatur, confirmant.

Cap. 4. Τὸ, τε ληστικόν, ὡς εἶχος, καθήρει ἐκ τῆς θαλάσσης. Sex codd. Paris. cum aliis quatuor codd. legere iubent: ληστροικόν. Nam discrimen, quod Scholiastes inter: ληστικόν et: ληστροικόν stabiliiuit, iusta caret auctoritate. Sed illud: τὸ, τε etiam nihil habet, quo apte referatur. Mihi quidem particula: τὸτε, tunc temporis, intelligenda esse videtur: *Tunc temporis haud dubie piratas e mari remouit.* Articulus: τὸ, quem forte nonnulli ante: ληστροικόν desiderabunt, saepe a Thucydide omittitur. Ut cap. 9. καὶ ναυτικῶν — πορῶσας —. Lectio: ληστροικόν etiam infra cap. 13. in verbis:

τὸ ληστικὸν καθήρουν, decem codicum auctoritate est redipienda. Quod vero particulam: τότε attinet, eodem modo in ultimis verbis quinti capituli: τό, τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἡπειρώταις — ἐμμεμένηκε — lego: τότε σιδηροφορεῖσθαι — tunc temporis ille mos arma gestandi — inter terrae continentis incolae remansit.

Cap. 5. Τὰς πύστες τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες — Thucydides haud dubie Homeri locum Odysseae lib. III, 72, iam a Gottlebero laudatum, aliaque similia scriptorum loca respexit. Quae Gailius doctissimus de significatione verbi: καταπλεῖν adfert, ut, sicut Gallicum: *aborder*, etiam indicet: *impetum facere in hostem*, nondum exemplis idoneis confirmavit. Ab hoc loco certe aliena erit illa significatio.

Cap. 6. Ἐν τοῖς πρώτοι δὲ Ἀθηναῖος τὸν τε σιδηρον κατέθεντο. Haud dubie legendum est consensu Stephani et Baueri: ἐν τοῖς πρώτοι δὲ Ἀθηναῖοι —, quod etiam codicum nonnullorum vestigia suadent.

Cap. 7. Αἱ δὲ παλαιαὶ, διὰ τὴν ληστικίαν ἐπιπολὺ ἀντισχοῦσαν, ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ὤκισθησαν — Sequor Wyttenbachii celeberrimi sententiam, qui lectionem multorum codicum: ἐπιπολὺ ἀντισχοῦσαι, quibuscum etiam sex Pariss. consentiunt, denuo admitti iubet. Sensus est: antiquae urbes, propter piraticam, quam maxime (illam) prohibentes, loco magis a mari remoto extruebantur.

Cap. 8. Τότερον χρόνον ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν — Duodecim codicum auctoritas nos legere iubet: ὅστερον χρόνον ἐπὶ — multo post tempore contra Troiam expeditionem bellicam susceperunt —. Cui lectioni iam Stephanus fauebat. Constat, vocabulum; χρόνος saepe longius temporis spatium, sicut h. l., indicare. Ut lib. IV., c. 85. εἰ δὲ χρόνον ἐπὶ ἤλθομεν, si vero post longum tempus demum aduenimus. Eodem sensu etiam illud: διὰ χρόνον adhibetur.

Cap. 9. Ἄ μοι δοκεῖ Ἀγαμέμνων παραλαβὼν καὶ ναυτικῶ τε ἅμα ἐπιπλεῖν τῶν ἄλλων ἰσχύσας τὴν στρατείαν — ποιήσασθαι. Reiskius pro illo: ναυτικῶ τε — legere voluit: ναυτικῶ δὲ —, quod recte Gottleberus propter particulam: καὶ reiecit, quae antecesserat. Tamen illud: τε nihil habet, quo referatur, et aperte redundat. Quare malim legere: καὶ ναυτικῶ γὰρ ἅμα —.

Cap. 10. Ἀθηναίων δὲ τὰ αὐτὰ τοῦτο παθόντων διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἣ ἔστιν. Ille infinitivus h. l. non bene imperatiui loco videbitur collocatus esse. Antecesserat optatiuus in verbis: εἰ — ἐρημωθείη, λειψθείη δὲ —. Forte igitur etiam nostro loco excidit optatiuus: εἴη —, ut iam legatur: τὴν δύναμιν εἴη εἰκάσθαι, coniiicere possis. — In eiusdem capituli verbis: νομίζω δὲ τὴν στρατιάν ἐκείνην μείστην μὲν γενέσθαι — septem codicum lectionem: τὴν στρατείαν ἐκείνην — esse praeferendam censeo, quae etiam hoc loco, sicut in capite antecedenti, optime quadrat. — In verbis denique: οὐ πολλοὶ φαίνονται ξυνελθόντες — vocabulum: ξυνελθόντες interpretibus deberi videtur. Nam nouem codices legunt: φαίνονται ἐλθόντες. Quae lectio non est spernenda, quia: ἐρχεσθαι saepe indicat: in expeditionem bellicam proficisci. Quo sensu h. l. apte adhibetur.

Cap. 11. Ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, δῆλον δὲ. τὸ γὰρ ἔργον τῶ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο. φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι. Hunc locum viri docti interpunctione mutata potissimum esse emendandum censuerunt, ut illa: δῆλον δὲ, cum sequentibus coniuncta in parentheses ponantur usque ad verba: ἐτειχίσαντο, et verba: ἐπειδὴ — ἐκράτησαν, ut πρότασις, ad illud: φαίνονται, tanquam ad ἀπόδοσιν referantur. Sed quemlibet attentum lectorem particula: δὲ, in h. l. ter posita offendet. Cum autem illud: δὲ, post: φαίνονται positum, inprimis loco alieno adpareat, Baueri coniecturam, ut legatur: φαίνονται δὴ οὐδ' — admittendam censeo. — In verbis: μέρει τῶ αἰὲ παρατυχόντι ἀντείχον — praeferenda est sexdecim codicum lectio: τῶ αἰὲ παρῶντι. Non solum enim tot codicum auctoritas hanc admittere lectionem nos cogit, sed sensus etiam vulgatae: παρατυχόντι, minus est aptus. Nam urbs obsidenda non a militibus, qui casu adsunt, obsidetur. Indicat potius Thucydides lectione: αἰὲ παρῶντι, semper continua serie adfuisse exercitus partem, ut urbem, quamvis nondum obsessam, tamen hostiliter cingeret.

Cap. 12. Ἐπεὶ — ἢ Ἑλλάς ἐτι μετανίστατό τε καὶ μετωκίετο —. Tredecim codices legunt: καὶ κατωκίετο. Cuius verbi sensus: habitatum emitti, idem fere indicat, quod lectio vulgata, cum modo antecesserit: μετα-

νίστατο. Quare non negligendus est tot codicum consensus et facile fieri potuit, ut librarii vocabulo antecedenti: *μετανίστατο* ad corrumpendam lectionem veram: *κατοικήζετο*, inducerentur. — In verbis: *ἢ τε γὰρ ἀναχώρησις* — *πόλλα ἐνεώχμωσε* — vocabulum: *νεοχμούω* est Herodoteum, ut lib. IV, c. 201, lib. V, c. 19. Quia vero Herodoti codices non scribunt: *νεοχμούω*, atque etiam in hoc Thucydidis loco plures bonae notae codices legunt: *ἐνεώχμωσε*, non amplius in nostro loco cum duplici: *ω* est scribendum. — Porro in verbis: *πρότερον δὲ Καδμηίδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν* — unius codicis auctoritate est scribendum: *ᾤκισαν*, sicut in eodem capite statim iterum occurrit in verbis: *νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν*. Nam nostro loco annus adeo adcurate, (*ἔξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἴλίου ἄλωσιν*) quo haec colonia in Boeotiam sit deducta, indicatur. — Denique in verbis: *μόγισ τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἢ Ἑλλάς βεβαίως, καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη ἀποικίας ἐξέπεμψε* — non amplius retinendum est: *ἐξέπεμψε*, sed est potius omnium fere codicum lectio: *ἐξέπεμπε* recipienda. Nam sensum aptissimum: *mittere solebat*, haec lectio admittit.

Cap. 13. *Ανατωτέρας δὲ γενομένης τῆς Ἑλλάδος* — Nonem codices lectionem: *γυγνομένης τῆς Ἑλλάδος* — commendant, quae etiam propter illud: *ποιουμένης*, quod statim sequitur, est aptior. — In verbis: *λέγονται* — *καὶ τριήρεις ἐν Κορινθῶν πρώτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι* — omnium fere codicum lectio: *ἐν ναυπηγηθῆναι* est pro altera: *ναυπηγηθῆναι* recipienda, quamvis hoc vocabulum in verborum Graecorum numerum nondum fuerit relatum. **N**iam ordine verborum mutato scribi debet decem codicum auctoritate: *πρώτον ἐν Κορινθῶν τῆς Ἑλλάδος*. Sensus verborum tunc non mutatur. Quare non intelligo, cur Gaius doctissimus adfirmaverit, illam codicum lectionem ex librorum inconstantia esse ortam. — In verbis: *ναυμαχία τε παλαιότητι ἂν ἴσμεν γίγνεται Κορινθίων* — plurimorum librorum lectio: *παλαιότητι*, non est reiicienda, quia etiam aliis locis Herodotus et Thucydidēs hac scriptura utuntur; quamquam non est negandum, miram esse codicum inconstantiam in huius vocabuli scriptura. Vid. cap. 18, ubi tamen Gaius etiam lectionem: *παλαιάτος*, defendit. — Denique in verbis: *ἐπειδὴ τε οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλωτίζοντο* — unde

cim codicum consensu forma verbi actiua est admitterenda: μάλλον ἐπιλώϊζον —.

Cap. 14. Ὀλίγον γε πρὸ τῶν Μηδικῶν καὶ τοῦ Δαρειοῦ θανάτου —. Vera lectio, nondum a codicibus confirmata, esse videtur: ὀλίγον δὲ πρὸ —. Nam antea dixerat: τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρωόμενα —; in nostro loco autem opponit: ὀλίγον δὲ — τριήρεις — ἐς πλῆθος ἐγένοντο. — Porro in verbis: καὶ τοὺς τὰ πολλὰ πεντηκοντόρους ὄψετέ, ἀφ' οὗ Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἐπεισεν — melius quadrat lectio: ὄψετέ, ἀφ' οὗ — sero quidem —.

Cap. 15. Καὶ ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἐαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες. Gail doctissimus verba: πολὺ ἀπὸ — καταστροφῇ uncellis includit, quia ex inepto librariorum interpretamento sint orta et explicationem vocabuli: ἐκδήμους plane superuacaneam contineant. Mihi quidem non ita videtur. Nam: ἐκδήμους στρατείας iam ad antecedentia referri potest, ubi de bello cum finitimis gesto agit. Iam in verbis sequentibus ab his apte distinguit expeditiones bellicas procul a patria ad expugnandam hostium regionem susceptas. — In verbis: οὐ γὰρ ξυνεστήκεσαν πρὸς τὰς μεγίστας πόλεις αἱ ὑπήκοοι, οὐδ' αὐτοὶ — στρατείας ἐποιοῦντο — non negligenda est multorum codicum auctoritas, qui voculam: αἱ omittunt, etiam a sequenti: αὐτοὶ improbatam; id quod iam Kistemakerus admonuit. Etiam Valla voculam: αἱ ignorauit. Nam vertit: *subditi* consurgebant.

Cap. 16. Ἐπεγίνετο δὲ ἄλλοις τε ἄλλοθι κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι. καὶ Ἰωσι —. Multorum codicum lectio; ἐπεξέγενετο, h. l. mihi magis placet, quia Thucydides plurimum annorum interuallum complectitur. Vel illorum etiam codicum lectio, qui omisso: γ, legunt: ἐπεγίνετο, eandem confirmat. Porro Abreschii sententiam amplector, qui puncto ante: καὶ Ἰωσι — deleto haec verba cum antecedentibus coniungit. Nam particula: τε in verbis: ἄλλοις τε ἄλλοθι aperte ad illud: καὶ ante: Ἰωσι — refertur. Cum illo: Ἰωσι iam in sequentibus verbum: ἐπεστράτευσε cohaeret; quod tamen non impedit, quo minus etiam verba: προχωρησάντων πραγμάτων ad Iones, suppleto pronomine: αὐτοῖς, referamus. Nam de Graecorum potentia pedetentim aucta in antecedentibus egerat. — In verbis denique: Δαρεῖός τε ὕστερον —

sequor quatuor cōdicum auctoritatem, qui legunt: *Δαρειός δ' ἔσπερον* —.

Cap. 17. *Τύραννοι δέ, ὅσοι ἦσαν — ἐπράχθη τε αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον* —. Lectionem nonnullorum codicum: *τύραννοι τε, ὅσοι* — praefero, quia illud: *τε*, consuetudine Thucydidis iam respondet sequenti: *τε*, in verbis: *ἐπράχθη τε* —. Quod autem attinet particulam: *γάρ*, in verbis: *οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ πλείστον ἐχώρησαν* —, quae tantas interpretibus nonnullis turbas excitavit, eam aptissime ad haec, quae proxime antecesserant, referendam censeo. Narrabat enim Thucydides, urbium Graecarum tyrannos nihil memoratu dignum suscepisse, nisi si quid contra vicinos singuli conarentur. Nam Sicularum tyrannos, bello cum vicinis populis gerendo, magnam sibi paravisse potentiam. — Quam vere haec adfirmaverit Thucydides, in Sicilia tyrannorum historia satis superque testatur.

Cap. 18. *Ἡ γὰρ Λακεδαιμῶν μετὰ τὴν κτίσιν τῶν νῦν ἐνοικούντων αὐτὴν Δωριέων* —. Hanc lectionem: *κτίσιν* contra codicum plurimorum, qui fere omnes legunt: *κτῆσιν*, auctoritatem Stephanus potissimum tuetur. Sed consentio cum Kistemakero, qui aptiorem huic loco habet lectionem codicum: *κτῆσιν*. Non abhorret Vallae interpretatio: *Post accessionem Doricorum* —.

Cap. 19. *Ἀθηναῖοι δὲ νῦν — παραλαβόντες, ἦρχον* —. In nouem codicibus omissum est vocabulum: *ἦρχον*. Quod etiam h. l. non est necessarium, quia ex antecedentibus ad haec verba suppleri debet: *ἡγούντο*. Quare vocabulum: *ἦρχον* inter librariorum interpretamenta referendum esse censeo.

Cap. 20. *Μὴ μῖα ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δεεῖν* —. Undecim libri scribere iubent: *ἀλλὰ δυοῖν*. Quae scribendi ratio Thucydidis propria etiam cap. 25, praeter alios codices a Vindobon. et sex Pariss. confirmatur in verbis: *δεεῖν ναυμαχίαι* — et cap. 55, in verbis: *μηδὲ δεεῖν φθάσαι ἀμάρτωσι* — cum Vindob. aliisque a septem Pariss. Eandem lectionem: *δυοῖν* defendi in notis ad lib. IV, cap. 8, cap. 28 et cap. 44.

Cap. 22. *Κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρηῖμα ἀκούειν, συγκραταί*. Particulam: *τε* non puto a Thucydidis esse positam. In Dionysio Halic. libr. rhetor. pag. 25 et pag. 159, ed. Syllburg. hic Thucydidis locus

bis laudatur. Altero loco legitur: κτήμα δὲ — altero: κτήμά τε — Forte Thucydides scripserat: κτήμά γε ἐς αἶν — Monumentum potius a posteris quidem perpetuo possidendum composui. — In verbis autem antecedentibus: τοσούτων ὄντων καὶ παραπλησίων εἶσθαι — haud dubie omittendum est superfluum: ὄντων, et August. et nouem codicum Pariss. auctoritate.

Cap. 25. Οὔτε φυγαὶ τοσαυτὴ ἀνθρώπων καὶ φόρος —. Egregie animaduertit Stephanus ad h. l. a Thucydide particulam: καὶ, saepius pro: οὔτε, poni. Quare tollendum est colon post vocabulum: ἀνθρώπων, et arcte cum antecedentibus connectenda sunt verba: καὶ φόρος. — In verbis eiusdem capituli: καὶ ἢ οὐχ ἤκιστα βλαψασα καὶ μέρος τι φθείρασα, ἢ λοιμώδης νόσος — docta et vera est Baueri animaduersionis, verba: ἢ οὐχ ἤκιστα — φθείρασα in parenthesi esse ponenda, quibus explicetur illud: ἢ λοιμώδης νόσος. Porro in duobus adhuc locis huius capituli non negligenda erat codicum plurimorum auctoritas et usus loquendi in Thucydide obuius. Nam haec utraque causa in verbis: τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον — postulat, ut legamus: πρῶτ' ἔγραψα πρῶτον — et in verbis: τοῦ μὴ τινὰς ζητῆσαι ποτε — magis commendat lectionem: μὴ τινα ζητῆσαι —. Plura ad meam sententiam adcuratius defendendam Stephani notae suppeditabunt.

Cap. 24. Ἐπίδαμνος ἐστὶ πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. Prò illo: ἐν δεξιᾷ — recipienda est lectio: ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι — quam Hemsterhusius Hesychii auctoritate huic loco reddidit. — In verbis: ξυνώκισαν δὲ καὶ τῶν Κορινθίων τινὲς καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ Δωρικοῦ γένους — Wasse nihil mutandam censet, quamuis omnium fere librorum lectio sit: τινὲς καὶ τοῦ ἄλλου Δωρικοῦ γένους —. Mihi vero admittenda esse videtur tot librorum lectio, cum certum sit, Dorienses etiam Corinthum, sicut alias finitimas Peloponnesi regiones, incoluisse. Conf. Strabonis lib. VIII, pag. 353, ed. Casaub. Eadem de causa quoque Corinthii infra lib. I, cap. 71, Lacedaemonios adpellant: ἀνδρας τε φίλους καὶ συγγενεῖς. — Sub finem huius capituli legitur: ταῦτα δὲ ἰκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο —. Nemo autem negabit, lectionem in Prisciano obuiam: ταῦτα δὲ ἰκέται — huic loco esse aptissimam.

Cap. 25. Ἐν ἀπόρῳ εἶχοντα θέσθαι τὸ παρόν καὶ

πέμψαντες ἐς Δελφούς, τὸν θεὸν ἐπηρώτων —. *Baueo* valde arridet Reiskii emendatio, ut legatur: ἐν ἀπόρῃ εἶγον τὸ θεῖσθαι. Sed minime sollicitanda est haec vera Thucydidis lectio, qua Herodotum, sicut etiam in alia dicendi ratione, imitatur. Nam Herodotus et: ἔχουσαι ἀπορίη, et: ἔχουσαι ἐν ἀπορίη, in suis libris profert, ut Wesselingius ad Herodoti lib. IX, c. 98, docuit. Porro pro illo: ἐπηρώτων, sicut iam Stephanus monuit, magis vera lectio: τὸν θεὸν ἐπῆρουντο — cum Gaillio est recipienda. Nam ita non solum plurimi cōdices in nostro loco legunt, sed Herodoto etiam, cuius vestigia Thucydides pressit, familiare est hoc verbum. Ita in simili causa Herodotus lib. VI, c. 35, scripsit: ἐστάλη ἐς Δελφούς, ἐπισησόμενος τὸ χρηστήριον. — In verbis huius capituli: ἐδέοντό τε μὴ σφᾶς περιορᾶν διαφθειρομένους — forte antea legebatur: ἐδέοντο δὲ μὴ σφᾶς —. In verbis denique: καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι — interpretandi ratio, quam Stephanus, Gottleberus et Bauerus sequuntur, mihi non sufficit, sed facilius ita haec verba coniungi puto, ut illa: δυνατώτεροι ὄντες cum duplici copula: καὶ χρημάτων δυνάμει — καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ — cohaereant.

Cap. 26. Κερκυραῖοι δέ, ἐπειδὴ ἦσθοντο τοὺς τε οἰκήτορας καὶ φρουροὺς ἤκοντας —. Optimae notae codices postulant, ut legatur: ἐπειδὴ ἦσθοντο τοὺς —, sicut etiam Gaillio doctissimo videtur. Eorundem librorum auctoritate in verbis: μετὰ τῶν φυγάδων, εἰς καταξόντες αὐτούς, eicienda est vocula: αὐτούς, qua facile in hoc loco supersedere possumus. Minus autem mihi placet Gailli sententia, qui h. l. particulam: ὡς ante: καταξόντες unius tantum codicis auctoritate omittere iubet. Nam virum doctissimum fugere non potuit, in tali dicendi ratione particulam: ὡς, non: quasi, indicare; sed: ut, siue: quia.

Cap. 27. Πεντήκοντα δραχμαὶς καταθέντα Κορινθίαις μένειν —. Aptior est lectio novem codicum: Κορινθίοις, μένειν — ut illud: Κορινθίοις ad: καταθέντα referatur. Ita etiam Valla in libro suo legere videbatur, quia vertit: numeratis quinquaginta drachmis Corinthiis, licere manere. — In verbis: Θηβαίους δὲ χρημάτων ἤτησαν καὶ Φλασίους Ἑλλείους τε ναῦς τε κενύς καὶ χρήματα

τα — tres bonae notae codices legunt: Ἡλείους δὲ ναῦς —, quam lectionem iam Kistemakerus non sine causa suavit.

Cap. 28. Πρῶτον δὲ οὐ καλῶς ἔχων, τοὺς μὲν πολιορκεῖσθαι, ἑαυτοὺς δὲ δικάζεσθαι —. Duodecim codices exhibent: αὐτοὺς δὲ δικάζεσθαι —, ut iam haec verba ad ipsos Corcyraeos referantur, qui simul et obsideant Epidamnum et iure disceptare velint. Quare hanc lectionem, quia sensum non ineptum fundit, praefero. Ita etiam Valla in libro suo legit vertendo: *cum illi oppugnentur, ipsos iudicio contendere* —.

Cap. 29. Ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε, διαγυλίους τε ὀπλίταις, ἔπλεον —. Pro particula: τε, ne solitaria sit posita, legendum censeo: διαγυλίους δὲ ὀπλίταις —. In verbis: τῶν μὲν νεῶν Ἀρωστεὺς ὁ Πελλήχου — necessario recipienda est omnium fere codicum lectio: ὁ Πελλήχου —, qualem nominum propriorum terminationem valde consuetam fuisse, multis exemplis Koenius ad Gregor. Corinth. de Dial. pag. 154, 155, docuit.

Cap. 50. Ὅτι ναῦς καὶ χρήματα παρέσχον τοῖς Κορινθίοις —. Codices magno numero iubent eiicere voculam: τοῖς, ante illud: Κορινθίοις, sicut aliis non paucis locis etiam articulum omisit Thucydides. — Post: ἐπιπλέοντες ἔφθειραν — cum Kistemakero punctum esse tollendum censeo, ut sequentia melius cum antecedentibus cohaereant. — In verbis: περιόοντι τῷ θερεὶ πέμπαντες ναῦς — lectio: περιόοντι a Gottlebero, sicut Reiskius coniecerat, recepta, codicum auctoritate destituitur. Nam codices legunt: περιόοντι τῷ θερεὶ — quae haud dubie vera est lectio, sed longe alium sensum fundit, quam vulgo interpretes, a Scholiasta inducti, qui explicavit: ἐνισταμένῳ, ei tribuerunt vocabulo. Si interpretatio Scholiastae: ἐνισταμένῳ vera esset, Thucydides scribere debuisset: ἐπιόντι τῷ θερεὶ. Sed haec lectio ne apte quidem iis, quae antea erant narrata, responderet. Nam antea Thucydides nauale proelium, in quo Corinthios superauerant Corcyraei, commemoravit. Quia vero nauale proelium non hieme, sed verno tempore siue aestate ineunte committi potest, iam inde satis adparebit, verbis: περιόοντι τῷ θερεὶ, quibus tempus indicatur, quod post proelium nauale, exactis iam pluribus anni mensibus, (τοῦ χρόνου τὸν πλείστου) incidit, non aestatis initium.

sed tempus aestatis potius ad finem properantis, quod hiemem proxime antecedit, esse propositum. Nam tunc demum Corinthii victi auxilium sociis suis denuo contra Corcyraeos miserunt. Verba igitur: *περιόντι τῷ θερει* vertenda sunt: *superante adhuc aestate*. Quae interpretatio etiam cum verbis postea adiectis: *τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν* optime poterit conciliari. Scholiastae explicatio forte ex falsa lectione, quam sequebatur, est orta. Dodwellus subtilissimus, qui in Annalibus Thucydideis bene intellexit, anni integri res gestas in hoc Thucydidis loco indicari, tamen Scholiastae explanationi nimis confisus, verbo: *περιόντι* notionem, quae ei non inesse potest, cum aliis quoque adfingit. — In verbis denique: *ἐπέπλεον τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις* — cum Kistemakero melior nonnullorum codicum lectio: *ἐπέπλεον δὲ οὐδέτεροι* — erit recipienda.

Cap. 31. *Οὐδὲ ἐπεγράψαντο ἑαυτοὺς οὔτε ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδάς* —, Nouem codd. legunt: *οὐδὲ ἐσεγράψαντο ἑαυτοὺς* —. Quamuis illud: *εἰσεγράφεσθαι* nondum Lexicorum Graecorum auctoritate sit confirmatum, tamen melius h. l. quadrat, quam vocabulum: *ἐπιγράφεσθαι*. Nam: *εἰσεγράφεσθαι* non differt a vocabuli magis noti: *ἰγγράφεσθαι*, significatione. — In verbis: *ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ καὶ τῷ αὐτῶν προσγεγόμενον* — multi bonae notae codd. legunt: *τὸ Ἀττικὸν προσγεγόμενον* —. Quam lectionem vulgatae longe praefero. Bauerus habet quidem hanc lectionem minime Graecam, sed simili ratione Thucydides lib. I, c. 47, c. 48, c. 49, *αἱ Ἀττικαὶ νῆες* posuit pro: *αἱ νῆες Ἀθηναίων*. Valla etiam nostro loco vertit: *ne sibi Attica classis* —.

Cap. 32. *Τετύχηκε δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα — ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι ἀξίμαθρον* —. Non negligenda erat plurimorum codicum lectio: *ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ* —, quam Stephanus iam esse praefendam censuit atque Gailius etiam recepit. Non minor codicum consensus etiam in verbis: *ἐν μάχῃ τε γὰρ οὐδενὸς πω ἐν τῷ χρόνῳ ἐκούσῃαι γινόμενοι* — tollere iubet vocabulum: *χρόνῳ*, saepissime in aliis etiam locis omissum. — In verbis denique: *ἔρημοι δὲ αὐτὸ καθέστημεν* — decem et septem codicum consensu Gailius recte recepit formae antiquae lectionem: *δὲ αὐτὸ καθέσταμεν* —.

Cap. 53. *Τῆς εὐπραξία σπανιωτέρα — εἰ ἦν ὑμεῖς — ἐτμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστι αὐτεπάγγελτος* — Gottleberus quidem ex Abreschii coniectura ante: *εἰ ἦν* — inseruit particulam: ἦ, sed iure eam uncinis Bauerus inclusit et Gailius tanquam non necessariam neque codicum auctoritate adiutam plane omisit. Sed in eiusdem capituli verbis: *τὸν δὲ πόλεμον, δὲ ὄντες χρησιμοὶ ἂν εἴημεν, εἴ τις ὑμῶν μὴ οἶεται ἔσεσθαι* — Gottleberi sententiam contra Bauerum amplector, qui non necessarium putat, ut cum Bauero ad vocabulum: *πόλεμον* suppleatur ab interprete: *τοιούτου*. Nam tota oratio contexta indicat, Corcyraeos in Atheniensium animis opinionem de bello cum Lacedaemoniis nulla ratione euitando excitare voluisse.

Cap. 54. *Τῷ ἴσῳ ἠβουλήθησαν καὶ ἐγκλήματα μετελθεῖν*. Optimae notae codices iubent h. l. Atticismum negligere et praeferre lectionem: *ἐβουλήθησαν*. Ita infra cap. 93, omnium fere codicum auctoritate: *ἐβούλετο*, est editum.

Cap. 55. *Ὅτι οἱ τὲ αὐτοὶ πολέμοι ὑμῖν ἦσαν — καὶ οὐτοὶ οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι*. Haud dubie legendum est omnium fere codicum auctoritate: *ἡμῖν ἦσαν* —. Nam si haec verba ad Corcyraeos proxime referuntur, etiam facilius intelligitur, cur: *ἦσαν* Thucydides posuerit, quia iam proelium nauale cum Corinthiis commiserint. Optime etiam quadrat illud: *ἡμῖν* ad sequentia: *ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι*, quae verba non de Atheniensibus, sed tantum de Corcyraeis, qui a Corinthiorum societate defecerant, explicari possunt.

Cap. 56. *Χωρίον προσλαβεῖν, ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦνται καὶ πολεμοῦνται* — Plurimi codices legunt: *οἰκειοῦνται τε καὶ πολεμοῦνται*. Quae particulae: *τε* adiectio h. l. sensum profert aptissimum: *quae regio non solum foedere coniuncta, sed etiam bello petita maximi est ad bellum momenti*. Ita etiam Gailius edidit. — In verbis: *βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕναστος τῶδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε* — virorum doctorum interpretationes, quas protulerunt, nimis durae et contortae mihi esse videntur. Omnia intellectu facillora erunt, si litera: *ω*, in: *ο*, mutata, legerimus: *τόδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε*: *Ex quibus, si et omnia*

et singula paucis complectimur, hoc quidem, nos non esse deserendos, intelligetis. Iam vero illud: μάθοιτε non etiam ad sequentia simul refero. Nam cum Galio verba: τρία μὲν ὄντα etc. casibus absolutis adnumero, quae, puncto post: Κορινθίων sublato, cum sequentibus: τοῦτων δ' εἰ περιώψαθε — apte cohaerent. — In verbis denique: ἔξετε πρὸς αὐτοὺς πλέοσι ναυαὶ ταῖς ὑμετέραις ἀγωνίζεσθαι, iam Stephanus censuit, optimorum et plurimorum codicum lectionem: ταῖς ἡμετέροις ἀγωνίζεσθαι, esse praeferendam.

Cap. 37. Παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλέπουσιν οὐκ ἄλλοι ἢ κατὰ ξυνηθείας γίνεσθαι — Variam huius loci interpretationem viri docti proferunt. Primum quidem in h. l. optimorum codicum lectionem: ὧν βλέπουσιν τῶν ἄλλων — praeferendam censeo, cuius vocabuli numerum singularem Stephani testimonio in notis ad lib. I, c. 25, Thucydides etiam in aliis locis potius, quam pluralem adhibet. Conf. etiam dicta ad lib. II, c. 37. Porro ad: δικαστὰς supplendum est: ἐκείνων — et ad verbum: γίνεσθαι ex antecedentibus repeto: δικαστὰς: *Situs urbis hos potius eorum iudices reddit, quemcumque iniuria adfecerint, quam ut ex pacto (alii) iudices iniuriae illatae eligantur.* Quam tamen conditionem vere obtulerant Corcyraei antea Corinthiis, (conf. cap. 28.) ut ex pacto litem suam de Epidamni colonia ortam ahaenam ciuitatum iudicio permitterent. — In ultimis verbis huius capituli: ὅσων ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας — non possum admittere Bæveri et Kistemakeri explicationem, ut: ἀληπτος h. l. indicet: *insuperabiles*, quamuis hoc sensu saepe occurrat illud vocabulum in Thucydidis libris. Sed sequor Scholiastae interpretationem, ut indicet h. l. homines *labis expertes neque dignos reprehensione.* Quae interpretatio imprimis oratione contextu adiuuatur. „Non enim propter potentiam et fortitudinem; sed propter integritatem potius et iustitiae amorem causam nostram aliis disceptandam permittimus.“

Cap. 38. Εἰ τοῖς πλέοσι ἀρέσκοντες ἐσμέν, τοῖσδ' ἂν μόνοις οὐκ ὁρθῶς ἀπαρέσχοιμεν, οὐδ' ἐπιστρατεύομεν εὐπρεπῶς, μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι. Mihi persuasum est, omnium fere librorum lectionem: ἐπιστρατεύομεν ἐκπρεπῶς, μὴ καὶ — ab ipso Thucydide originem repetere ideoque esse recipiendam. Primum enim in h. l.

sensum admittit aptissimum. Nam: ἐκπρεπῶς indicat: *extraordinario modo*, non solito more. Ait autem Corinthiorum orator: *Si plurimis hactenus placuit nostra agendi ratio, non iusta de causa* (quod ipsos attinet Corcyraeos nobis succensentes) *his quidem solis displicemus, neque tam extraordinario modo* (quod nosmet ipsos attinet bellum gerentes) *cum colonis nostris, nisi insigni illorum iniuria adfecti, bellum gerere poterimus.* Retenta lectione vulgata: εὐπρεπῶς sensus verborum tam aptus non existet. Quid enim verbis: *bellum decore gerere*, iudicaremus? Quantum enim intelligo, quoduis bellum est indecorum, licet interdum sit necessarium. Porro vocabulum: ἐκπρεπῶς non ignotum fuit Thucydidi. Nam simili significatu occurrit lib. III, cap. 55: οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν αὐτὲ ἐπάθετε, nihil immanius a nobis perpassi estis. Ipse scriptor denique in verbis loci nostri hoc vocabulum: ἐκπρεπῶς simili sententia eidem adiicienda adcurate explicauit verbo: διαφερόντως, quod Scholiastes apte cum illo: ἑξαιρέτως comparat.

Cap. 39. "Ἦν γε οὐ τὸν προὔγοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν δεῖ τηρεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ὄργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους, πρὶν ἀγωνίεσθαι, καθίσταντα. Plerique codices ignorant vocabulum: τηρεῖν, quod tamen Bauerus aliique ad huius loci sensum plane necessarium esse putant. Mihi quidem non ita videtur; sed codicum auctoritate potius eicienda est vocula: τηρεῖν. Nam sensus horum verborum aptissimus existit, si illud: ἦν ad antecedens: δίκη refertur, quasi scripsisset: *κατὰ ἣν δίκην: In qua causae disceptatione eum, qui potentior est et tuto* (sine ullo periculo) *alterum provocat* (ad disceptandum), *plane nihil dicere* (hac probatione) *censendum est.* Ita etiam in sequentibus verbis sine necessitate Bauerus, alias subtilissimus Thucydidis interpres, turbas excitat. Dicit enim, quia adsint verba: ἐς ἴσον, abundare illud ὁμοίως. Quod equidem non nego, sed ubique sexcenta optimorum scriptorum loca occurrunt, in quibus eiusmodi particulae ad ipsius loci sensum non plane necessariae abundant. Sensum horum verborum esse puto: *Sed ei causam agere licet, cuius facta quidem antea ipsius dictis respondebant, quam litem intenderet, ut iam utrique aequali iure*

causam agendi concedatur occasio. Quia vero bonae notae libri legunt: *τά τε ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους* — particulam: *τε* h. l. admittendam censeo. Non autem eodem modo particulam: *τε* cum Gailio unius tantum codicis auctoritate in verbis: *τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἔξετε* post: *τῆς* admitterem, quia nihil habet, ad quod in sequentibus referatur. — In ultimis denique verbis huius capituli: *ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχους οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν*, etiam varia interpretandi atque emendandi ratio deprehenditur. Primo lectorem merito offendere debet, in septem codd. haec verba plane non reperiri, quae per se quidem propter subiecti mutationem, cum antea de Corcyraeis, sed in his verbis de Atheniensibus agatur, sunt intellectu difficiliora. Quare etiam Gailius doctissimus ea interpretamentis adnumerat. Sed haec verba haud dubie propter librariorum negligentiam in nonnullis ommissa sunt codicibus, cum duo orationis membra, quae se inuicem excipiebant, similibus syllabis: *ἔχειν* — *κοινωνεῖν* — finirentur. Ex antecedentibus vero ad haec verba repeti debet verbum finitum: *χορῆν*. Ceterum nihil efficitur emendatione: *μόνον*, quam Kistemakerus suadet. Nam idem sensus etiam ex lectione recepta: *ἐγκλημάτων μόνων* redit. *Τὰ μετὰ τὰς πράξεις* sunt h. l. incommoda, quae malefacta excipiunt, et illud: *τούτων* ad Corcyraeos eiusmodi malefactorum reos refero.

Cap. 40. *Ὅστις μὴ ἄλλων ἑαυτὸν ἀποστερῶν ἀσφαλείας δεῖται.* Lectio elegantior multorum librorum: *ἄλλου ἑαυτὸν ἀποστερῶν* — videtur esse praeferenda.

Cap. 45. *Τοὺς σφετέρους συμμάχους αὐτὸν τινα κολάζειν.* Codicum plurimorum auctoritas postulat, ut mutato verborum ordine cum Gailio legatur: *αὐτὸν κολάζειν τινα* —, quamuis non ignorem, recepto quidem ordine antea cap. 40 haec verba adfuisse. — In sequentibus: *καὶ Κερκυραίους τε τοὺςδε μῆτε ξυμμάχους* — quatuor libri a Gailio collati particulam: *τε* post: *Κερκυραίους* extrudunt. Alii quatuor libri legunt: *Κερκυραίους δέ* —. Neutra particula: *δέ* et: *τε* huic loco est apta. Quare illud: *τε* quatuor codicum auctoritate h. l. omittendum esse censeo. — Quod denique verba ultima: *Τριαῦτα δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι* — attinet, Stephani sententiam, ut legatur: *τοιαῦτα δὲ καὶ* —, habeo verissimam.

Cap. 44. *Τὴν Κέρκυραν ἐβούλοντο μὴ προέσθαι τοῖς Κορινθίοις* —. Septem codices eicere iubent articulum: τοῖς ante: *Κορινθίοις*, qui etiam aliis locis saepe omititur. Sicut etiam cap. 46. in verbis: *Ἀγερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν* — cum octo libris omittendum esse censeo articulum: τὴν ante: *θάλασσαν*.

Cap. 45. *Ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Λακεδαιμονίως τε ὁ Κίμωνος* —. Etiam hoc loco plurimi codices postulant, ut scribatur: *ὁ Κίμωνος*, altera litera: *μ* omissa.

Cap. 46. *Ἐξεῖσι δὲ παρ' αὐτὴν Ἀγερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν*. Multi codices legunt: *ἐξίησι δὲ παρ' αὐτὴν* —. In Herodoti libris, ut lib. I, c. 180, hoc verbum saepe de fluminibus, in mare effusis, occurrit. Quare etiam hoc Thucydidis loco codicum auctoritatem sequor.

Cap. 48. *Ἀνήγοντο ὡς ἐπὶ ναυμαχία ἀπὸ τοῦ Χειμερίου* —. Codices Marg. Reg. Cass. Aug. Mosqu. et alii tres Gailii codd. auctoritate sua efficiunt, ut legatur: *ἐπὶ ναυμαχίαν* —, cum utraque constructio in Thucydide occurrat. Idem codd. excepto Mosqu. in antecedentis capituli 47 verbis ultimis: *αἰεὶ ποτε φίλοι αὐτοῖς εἰσι* — ordinem verborum ita mutari iubent: *ποτε αὐτοῖς φίλοι εἰσι*.

Cap. 50. *Τοὺς τε αὐτῶν φίλους (οὐκ ἠσθημένοι ὅτι ἦσσηντο —) ἔκτεινον*. Particula: *τε*, alieno loco posita, in: δὲ mutanda esse videtur cum uno codice Paris. et pro: *ἠσθημένοι* lectionem magis consuetam: *αἰσθόμενοι* sex codices adferunt, et Cass. suo: *ἰσθόμενοι* simul originem falsae lectionis non sine verisimilitudine indicavit. Quare haec verba iam ita lego mutata: *τοὺς δὲ αὐτῶν φίλους (οὐκ αἰσθόμενοι ὅτι —*. In verbis: *ναυμαχία γὰρ αὕτη Ἐλλησι πρὸς Ἕλληνας νεῶν πλήθει μεγίστη δὴ τῶν πρὸ αὐτῆς γεγένηται* — omnes fere codices legunt: *πρὸ ἑαυτῆς* —. Sed neque haec codicum lectio neque recepta est ferenda. Nam illud: *ἑαυτῆς* posset admitti, si deesset: *τῶν πρὸ*, quae verba tamen ad huius loci sensum sunt aptissima, et vulgata: *αὐτῆς* non quadrat, quia non: *αὐτῆ*, sed: *αὐτῆ* antecessit. Quare ex codicum vestigiis emendo: *μεγίστη δὴ τῶν πρὸ ταύτης γεγένηται* —. De verbis: *πρὸς τὰ Σύβοτα, οἱ αὐτοῖς ὁ κατὰ γῆν στρατός — προσεβεβροθήκει* — iam Stephanus admonuit, meliorem codicum Marg. Ar. C. Camer. Gr. Dan. Vinđob. et duo-

rum Pariss. lectionem: *Σύβοτα, οὐδ' αὐτοῖς* — esse admittendam. — Denique in verbis: *ἐπεπαιώνιστο αὐτοῖς ὡς ἐπίπλουν*, haud dubie edi debet: *ὡς ἐς ἐπίπλουν*. Ita enim legunt codd. Marg. 2, tres Pariss. Cl. Mosqu. Bas. — Alii libri tantum: *ἐς*, omisso: *ὡς*, exhibent, ut Marg. 1. Alii tantum retinent: *ὡς*, ut Cass. Comparari potest similis dictio in huius libri cap. 62: *τοὺς ἐναντίους παρασκευαζομένους ὡς ἐς μάχην*.

Cap. 51. *Ταύτας οὖν προιδόντες οἱ Κορίνθιοι — ἐπανεχώρουν*. Codicum Ald. Bas. quatuor Pariss. Cass. Dan. Gr. Aug. Vind. lectio melior: *ὑπανεχώρουν*, est longe praeferenda. Nam sensui verborum: *πρῦμναν κρουόμενος* optime respondet. In verbis: *καὶ αὐτοὶ ἀνεχώρουν*. *ξυνεσκόταξε γὰρ ἤδη, καὶ οἱ Κορίνθιοι* — punctum est tollendum post: *ἀνεχώρουν*, et verba: *ξυνεσκόταξε γὰρ ἤδη*, sūnt parenthesi includenda, sicut iam Kistemakerus monuit, ut sequentia melius cum antecedentibus cohaereant. Denique in verbis: *αἱ εἴκοσι νῆες, αἱ ἐκ τῶν Ἀθηναίων αὐται, ὧν ἤρχε Γλαύκων* — tollendam censeo voculam: *αἱ* ante verba: *ἐκ τῶν Ἀθηναίων* auctoritate codicum Gr. Cl. trium Pariss. Cass. Aug. qui illam omittunt. Iam commate post: *Ἀθηναίων* posito, illud: *αὐται* cum sequentibus: *ὧν ἤρχε* — apte cohaeret.

Cap. 53. *Τῶν δὲ Κερκυραίων τὸ μὲν στρατόπεδον ὅσον ἐπήκουσεν* — Valde mihi arridet lectio: *ὅσον ἐπήκουσεν*, ad quos illorum verba, ut audirentur, penetrare poterant. Ita enim legunt Reg. Cass. Aug. et duo Pariss.

Cap. 54. *Ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς, καὶ ἐπειδὴ ἦλθον, οὐκ ἀντέπλεον*. Non iusta de causa refragari videtur Stephanus omnium fere codicum auctoritati, ut legatur: *ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι, οὐκ ἀντέπλεον*. Ita enim legunt Marg. Ar. C. Cam. Cl. Reg. Vindob. Cass. Dan. Aug. et duo Pariss. Verum est quidem, modo antecessisse verba: *ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον*, sed ibi respectu ad Corcyraeos, non ad Corinthios facto, haec verba proferuntur. Praeterea Thucydides aperte indicauit cap. 52, Corinthios eo potissimum deterritos esse, quo minus postridie proelium nauale, denuo ad illud prouocati, committerent, quia naues Atheniensium adhuc integras modo aduentasse videbant. (*ὄρωντες προσεγγενημένας τε ναῦς ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἀποραιφνείς*.) Neque etiam in nostro loco unum idemque his verbis: *ιδόντες* → *καὶ ἐπειδὴ*

ἦλθον Ἀθηναῖοι, indicatur. Nam tempus plane diuersum antecedentis et sequentis diei hac dictione duplici innuit. Quare illud: ἰδόντες τ. Ἀ. ν. ad antecedentia: πρῶμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορινθῖοι, respicit, sed alterum: καὶ ἐπειδὴ ἦλθον Ἀθηναῖοι, cum sequentibus: οὐκ ἀντέπλεον, est coniungendum.

Cap. 56. Κορινθίων πρᾶσσόντων, ὅπως τιμωρήσονται αὐτοὺς —. Gailius recte emendauit: τιμωρήσουνται αὐτοὺς — septem codicum auctoritate. — In verbis: ὄντας Κορινθίων ἀποίκους, ἑαυτῶν δὲ ξυμμαχούς — subscribo Kistemakeri sententiae, ut cum cod. Ar. et Dan. legatur: Κορινθίων μὲν ἀποίκους —. Eiusdem interpretis sententiam sequor etiam cap. 58, in verbis: τῆς ἑαυτῶν γῆς τῆς τε Μυγδονίας —, ubi particulam: τε ante: Μυγδονίας eiiciendam censet, sicut eam quoque Ar. C. Gr. Ald. Bas. Reg. Cass. Dan. Aug. et tres Paris. omittunt.

Cap. 57. Ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς Ποτιδαίτας οἱ Ἀθηναῖοι προπαρασκευάζοντο —. Decem codicum auctoritas, ut legatur: περὶ τοὺς Ποτιδαίτας — non est negligenda, quamuis Stephanus hanc lectionem improbet. Aperta est, si vertimus: *Haec de Potidaeatis Athenienses praepararunt.*

Cap. 59. Ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ τοπρότερον ἐξεπέμποντο. Atheniensium consilium, quo hanc classem emiserant, cap. 57 est propositum. Sed vera huius loci lectio esse videtur: καὶ τὸ πρῶτον ἐξεπέμποντο. Ita legunt Codd. Marg. Ar. C. Cam. Gr. Mosqu. Vindob. et unus Paris.

Cap. 60. Καὶ ἀφικνοῦνται τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ὑστερον ἐπὶ Θρακίης, ἢ Ποτιδαία ἀπέστη. Non ferri potest illud: ἢ, sed Stephani suasu legendum est: ἢ Ποτιδαία —, ut iam particula: ἢ ad: ὑστερον, tanquam ad comparativum, referatur. Gailius etiam comprobat Stephani emendationem, sed eam tamen nondum recepit. Valla aliam sui codicis lectionem h. l. in numero dierum computando profert: *Perueneruntque in Thraciam septuagesimo die quam Potidaea defecerat.* — Praeterea ante verba: καὶ ἀφικνοῦνται punctum tolli debet, ut haec verba aptius cum antecedentibus coniungantur, illo: καὶ ad antecedens: τε in verbis: κατὰ φίλιαν τε relato, et verbis: ἢ γὰρ — ἐπιτήδειος. parenthesi inclusis.

Cap. 61. Καὶ ἀφικόμενοι εἰς Βέροϊαν, κἀκεῖθεν ἐπιστρέψαντες —. Quamquam observatione doctissima et Wassius et Gottleberus enicerunt, ut h. l. scribatur una tantum litera: ρ vocabulum: Βέροια, tamen nondum recepta est haec vera lectio. Wassius quidem hanc obtulit conditionem, in Thucydide nihil, nisi aliquo codice praeunte, esse mutandum. Sed vere lectionem: Βέροϊαν Codd. Bas. Cass. Aug. exhibent.

Cap. 63. Ἔδοξε γοῦν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς εἰς ἐλάχιστον χωρίον, δρόμῳ βιάσασθαι εἰς τὴν Ποτιδαίαν. Semper incerta manebit huius loci interpretatio, cum Potidaeae atque regionum ei vicinarum situm non satis adcurate animo nostro repraesentare valeamus. Equidem de condensatis militum ordinibus haec verba explico, ut facilius per quasdam loci angustias transire, vi facta perumpere (βιάσασθαι), hostium aciem et Potidaeam tandem intrare possent. Particulam: εἰς ante: ἐλάχιστον retinendam censeo ad sensum huius loci percipiendum necessariam, quamvis illa in tribus codd. desit. Nam propter similem particulam: ὡς, eidem adiectam, facile potuit intercideri, sicut cap. 50 similis librariorum negligentiae exempla vidimus. Maior autem interpretandi difficultas inest verbis: καὶ παρήλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάσσης βαλλόμενος. Mihi enim persuadere non possum, ut: διὰ τῆς θαλάσσης indicet: praeter mare, cum iam particula: παρὰ his verbis sit proxima. Forte: διὰ τῆς θαλάσσης potius cum verbo: βαλλόμενος coniungi debet. Cum enim Aristei milites ad litus mare transeundo Potidaeam properarent, ex alio forte sinuosi maris propinquo eoque aduerso militibus Aristei litore ab Atheniensium sagittis trans interiectum maris intervallum emissis sunt petiti atque vulnerati. Valla fortasse tempus, quo mare a litore aliquamdiu recedere solet, a militibus spectatum esse censuit, cum illa maris parte in urbem penetrarent. Nam Scholiastae interpretationem secutus vertit: Perque mare inter muros et saxa, quae ad arcendas undas mari obiecta erant, multis missilibus iactis aegre euasit. — In verbis: τοὺς δὲ πλείους σώσας — lectio margini adiecta: διασώσας haud dubie est elegantior et loco nostro magis conueniens, quamvis aliorum codicum auctoritate destituatur ideoque nondum tuto possit recipi. Neque verisimile est, sicut iam Duke-

rus censuit, scribas illud: *δια* de suo addidisse. Denique in verbis: *ἐπειδὴ δὲ διὰ τάχους ἢ νίκη τῶν Ἀθηναίων ἐγίγνετο* — consuetudo dicendi nostro scriptori propria postulat, ut legatur: *ἐπειδὴ δὲ διὰ τάχους* —. Quam lectionem: *ἐπειδὴ δὲ* etiam codd. Ar. Cl. quatuor Pariss. Cass. Aug. exhibent.

Cap. 64. *Καὶ οἱ ξύμμαχοι γιγνομένοις δίχα ἐπίθωνται.* Verisimilior est lectio: *γενομένοις δίχα* —, quia de re iam peracta, de facta iam copiarum diuisione loquitur. Lectionem: *γενομένοις* codd. Ar. C. Gr. Mosqu. Dan. et Valla confirmant. — In verbis: *ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξήγε ἐς μάχην* — codd. Ar. C. Gr. Dan. Bas. duo Pariss. et Mosqu. lectionem non negligendam: *ἐπεξήγε ἐς τὴν μάχην* — proferunt. Nam aperte Phormion ad hanc pugnam Potidaeae incolas prouocauerat.

Cap. 65. *Παραμένων ἐν Χαλκιδεῦσι τὰ τε ἄλλα ἐπολέμει* —. Admittendus est tot codicum Marg. Gr. Cl. quatuor Pariss. Cass. Aug. Vindob. Vallae consensus in lectione aptissima: *ἄλλα ξυνεπολέμει*. Nam Valla bene vertit: *Illis sociis cum alia proelia fecit* —.

Cap. 66. *Ἄλλ' ἐτι ἀνοκωχῆ ἦν* —. Hic forte est locus, quem Dionysius Halicarn. ad Thucydidem taxandum respexit. Nam plurimorum codicum auctoritas h. l. vocabulum obsoletum: *ἀνοκωχῆ* defendit. Non igitur improbo Gailii constantiam, qui lib. I, c. 40, noluit sine codicum auctoritate admittere Gottleberi doctissimi emendationem: *ἀνακωχῆ*. Nam etiam alibi vocabulum magis consuetum: *ἀνακωχῆ* Gottleberus, ut lib. IV, c. 117, in oratione Thucydidis contexta admisit.

Cap. 67. *Προσπαρακάλεσαντες τῶν ξυμμάχων τε καὶ εἴ τις τι ἄλλο ἔφη ἀδικεῖσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων.* Particula: *τε*, centies a librariis male intrusa, huius loci aensum valde perturbat. Nam si vere a Thucydide adposita esset, ex his verbis sequeretur, Lacedaemonios non solum sociorum, sed etiam aliorum quorumcumque, qui vellent Athenienses accusare, querelas audire voluisse, sicut etiam Valla iam haec verba vertit. Sed ineptum est, Lacedaemonios etiam alios quoscumque, qui non essent socii, ad accusandos Athenienses inuitasse, cum tantummodo sociorum conuentum indicerent, et statim post haec verba diserte Thucydides repetat: *ξύλλογον σφῶν αὐτῶν ποιήσαντες*. Quare tollenda est h. l. particula: *τε*, sicut

eam quoque quinque codd. Cass. Aug. et tres Pariss. ignorant, et explicanda sunt potius haec verba de aliis Lacedaemoniorum sociis, si a Corinthiis, qui potissimum conuentus sociorum indicendi Spartanis auctores fuerant, discesseris. Propter particulam: *τε* male intrusam **ctum** est, ut quidam pro: *ἄλλο* legere mallerent: *ἄλλος*, sicut iam Valla legisse videtur. Nam vertit: *aliusue quis* —. Ita etiam Tusanus et Reiskius legerunt. Sed opportune codicum omnium auctoritas ad ineptae lectionis confirmationem deest. — In verbis: *καὶ ἄλλοι τε παρόντες ἐγκλήματα* — iam Valla cum plurimis codicibus lectionem veram: *ἄλλοι* tuetur. Nam altera lectio: *ἄλλα*, quam Marg. Bas. et tres Pariss. adferunt, non solum propter illud: *καὶ Μεγαρεῖς*, quod sequitur, non quadrat, sed quia etiam in sequentibus praecipue de Megarensibus narratur: *ἔτερα οὐκ ὀλίγα* — eos contra Athenienses in medium attulisse. — In verbis denique: *παρελθόντες δὲ τελευταῖοι Κορίνθιοι* — aptissima huic loco adfertur lectio in quinque Pariss.: *τελευταῖοι οἱ Κορίνθιοι*. Facile vocula: *οἱ* intercipi potuit in reliquis libris ab ultima antecedentis vocabuli: *τελευταῖοι* syllaba.

Cap. 68. Ὦν τὸ μὲν ἐπιμακρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θράκης ἐπιχρῆσθαι. Si quid valet codicum auctoritas in verbo non inepto, certe h. l. recipienda est lectio: *ἐπὶ Θράκης ἀποχρῆσθαι*, quam decem et septem codices adferunt, neque vera esse potest in tanto codicum consensu Wassii sententia, qui illud: *ἀποχρῆσθαι* ex interpretatione ortum esse censet.

Cap. 69. Καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἰτιοί, τὰ, τε πρῶτον ἐάσαντες — στήσαι τελεῖν, ἐς τόδε τε αἰεὶ ἀποστρουφύντες οὐ μόνον τοὺς ὑπὲρ ἑκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη συμμαχοῦς. Pluribus locis mutanda est horum verborum lectio, si Latinam Vallae interpretationem sequimur; quae mihi etiam h. l. longe praeferranda esse videtur. Ille enim in suo codice non *τὰ, τε*, sed: *τότε, tunc primum, cum iis permitteretis* — legit. Qua lectione admissa, etiam non amplius ferri potest particula: *τε* post: *τόδε*, ex ultima syllaba antecedentis vocabuli male orta. Contraria ratione interdum excidit particula: *τε* propter similem, quae eam exceperit, syllabam. Ita lib. V, cap. 29, in verbis: *πλέον τι εἰδότηας μεταστῆναι αὐτοῦς* — quindecim libri legere iubent:

πλέον τε τι εἰδότες — Vindob. qui exhibet: πλέον δὲ τι εἰδότες — eandem lectionem, propter particularum: δὲ et: τε permutationem saepe a librariis factam, confirmat. Porro Valla duce nostro loco pro illo: ἀποστεροῦν-
 τῷ aptior lectio: ἀποστεροῦντας est admittenda, ut haec non de Lacedaemoniis, sed potius de Atheniensibus intelligantur. Nemo enim negabit, inepte haec verba ad Lacedaemonios referri, qui statim in sequentibus a Corinthiis Graeciae liberatores laudantur. Simili ratione lib. III, c. 13, plurimi libri male legunt: ὑμῶν δὲ οὐ προσδε-
 ξαμένων κωλυθέντες —, cum tamen recte in vulgatis edatur: κωλυθέντας. Plura exempla, quibus ultimae syllabae: τες et: τας sunt commutatae, suppeditat lib. III, cap. 59. — Denique pro illo: ὑμετέρους — legendum est: ἡμετέρους ἢδη ξυμμάχους, quam lectionem quoque codd. Ar. C. Gr. Mosqu. Vindob. quatuor Pariss. et Valla auctoritate sua confirmant. Primum igitur agit orator de iis, qui Atheniensium potestati iam antea suberant, (τοὺς ὑπ' ἐκείνων) sed nullo foedere cum reliqua Graecia erant coniuncti, quales fuerunt Samii cap. 40 laudati, deinde etiam de foederatis Graeciae ciuitatibus ab Atheniensibus hostiliter lacessitis, quales ipsi erant Corinthii. Verisimilis igitur huius loci emendatio erit, ut legamus: ὑμεῖς αἰτιῶν τότε πρῶτον ἑάσαντες — ἐς τὸ δεῦτε ἀποστεροῦντας οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ τοὺς ἡμετέρους ἢδη ξυμμάχους. — In verbis: οἷα ὁδῶ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας — legere malim: καὶ ὅ, τι κατ' ὀλίγον —, sicut iam Kistemakerus suasit. Nam explicat illo: καθ' ὅ, τι. — Quod denique verba attinet: καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλῶς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει —, iam Valla pro illo: ἐλέγεσθε — legebat: ἐλέγετε. Non autem negari potest, etiam hanc lectionem nostro loco esse aptissimam et verissimam, quia statim sequitur: ὧν ἄρα ὁ λόγος, quorum igitur dicta.

Cap. 70. Καὶ ἅμα, εἶπερ τινὲς καὶ ἄλλοι, νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν —. Ingentis fastus et arrogantiae accusandi essent Corinthii, si se prae aliis esse idoneos ad alios homines taxandos censerent. Quae quidem sententia minime ab oratione contexta adiuvatur. Nam ille orator tantum de Lacedaemoniis agit vituperandis, non autem de aliis omnibus simul taxandis.

Quare verba: τοῖς πέλας commate distinguenda censeo a verbis sequentibus et vertenda: *Praeterea nos, si qui alii, dignos esse aliorum iudicio censemus, qui (vos) reprehendamus.* Nam prae aliis Graecorum sociis iam Corinthii se esse damno adfectos ab Atheniensibus propter Lacedaemoniorum tarditatem querebantur. Modestiae causa autem orator ad verba: ψόγον ἐπενεγκεῖν, omisit pronominis: ὑμῖν adiectionem, quod iam ex antecedentibus dictis aperte intelligi poterat. Simili ratione infra cap. 73 in verbis: ἀδυνάτων ἂν ὄντων pronomem: ὑμῶν Atheniensis orator, ne aures Lacedaemoniorum offenderet, omisit. Concedo quidem, Plutarchum in suo libro de discrimine adulatoris et amici, cap. 46, ubi hunc Thucydidis locum laudat, vulgarem interpretandi rationem esse secutum. Nullum tamen argumentum ab illa Plutarchi auctoritate ad sententiam, quae a me prolata est, damnandam repeto. Nam certe hic non unicus est locus inter illa antiquorum scriptorum loca, quem male intellexit Plutarchus. — In verbis huius capituli: ἦν δ' ἄρα που καὶ πείρα σφαλῶσιν — iam doctissimus Gottleberus censuit, omnium fere librorum auctoritate legendum esse: ἦν δ' ἄρα του καὶ πείρα —. Nondum tamen recepta est haec vera lectio. — Denique in verbis: μόνοι γὰρ ἔχουσι τε καὶ ὁμοίως ἐλπίζουσι ἢ ἂν ἐπινοήσωσι — etiam magis vera et omnium fere librorum consensu stabilita est lectio: ἔχουσι τε ὁμοίως καὶ ἐλπίζουσι —, sicut iam Kistemakerus censuit. Certe illud: ὁμοίως longe aptiorem sensum fundit cum vocabulo: ἔχουσι coniunctum: *Pariter iam habent, quae sibi excogitarunt, atque illa sperant* —.

Cap. 71. Ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὃ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε καὶ εἴσεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν, οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι —. Variam interpretandi, interpungendi et emendandi rationem ad huius loci interpretationem viri docti excogitarunt. Forte emendatio, etiam a me excogitata, non displicebit Thucydidis lectoribus. Interpunctione maiori post: διαμέλλετε sublata, legendum censeo: *διαμέλλετε καὶ οἷεσθε τὴν ἡσυχίαν* —: *vos adhuc credere cunctamini, tranquillitatem etiam illis non diu suppetere hominibus* —. Ita certe omnis explicandi difficultas amovebitur. — In

verbis: τὰ τῶν Ἀθηναίων — ἐπὶ πλέον ὑμῶν κεκλινωταί — Valla legisse videtur: ἐπὶ πλέον ἡμῶν —. Nam ver-
tit hunc locum: *multo quam nos magis student rebus
innotandis* —. Posset quidem ferri haec lectio, sed
quia reliquorum omnium librorum consensu destituitur,
non est admittenda.

Cap. 72. Τῶν δὲ Ἀθηναίων, (ἔτυχε γὰρ προεσβεία —
παρούσα) καὶ ὡς ἤσθοντο τῶν λόγων —. Huius loci diffi-
cultatem optime Abreschius amouisse videtur, cum He-
rodoti consuetudinem, a Thucydide interdum retentam,
causam eorum, quae gesta esse narrantur, ope particu-
lae: γὰρ praemittendi, antequam ipsa rei gestae nar-
ratio proponitur, in auxilium vocaret. Quam vero in-
terpretandi rationem si etiam h. l. sequimur, verba: τῶν
Ἀθηναίων cum vocabulo: προεσβεία sunt coniungenda,
commate et uncini signo post: Ἀθηναίων sublato. Ad
verba vero: καὶ ὡς ἤσθοντο per synesin supplendum est:
οἱ πρόεσβεις, cum vero legati certiores facti essent de
illa Corinthiorum oratione. — De verbis: νομίζοντες
μᾶλλον αὐτούς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι —
iam Stephanus lectores admonuit, ut melius legant: μᾶλ-
λον ἂν αὐτούς —. Quia vero cum vetere Stephani codi-
ce etiam codd. Cl. Cass. Aug. tres Pariss. et margo Bas.
conspirant, sine ulla haesitatione haec codicum lectio,
ut vera et aptior, est recipienda. — Sub finem capituli
legimus: οἱ δ' ἐκέλευόν τε παριέναι καὶ παρελθόντες — ἔλε-
γον —. Sed quindecim codd. legere iubent: οἱ δ' ἐκέ-
λευόν τε ἐπιέναι καὶ —. Etiam alibi Thucydides illud:
ἐπιέναι pro: adire posuit, et h. l. inprimis hoc verbum
cum simili: ἐπέρχεσθαι potest comparari, de quo Scho-
liastes Thucydidis lib. I, c. 90, ad verba: ὃ, τι οὐκ ἐπέρ-
χεται — adnotavit, magis de peregrinis in concionem
prodeuntibus hoc verbum adhiberi. Quia vero similis
nota etiam in Scholio ad nostrum locum proposito legi-
tur: ἐπελθόντες ἐπὶ ξένων, παρελθόντες ἐπὶ ἰδίων, (nam
ita haud dubie verba Graeca interpungi debent) ex ea
nota non sine causa coniici potest, etiam Scholiastam
nostro loco legisse: ἐπιέναι, neque ab eo esse reiectum
hoc vocabulum.

Cap. 73. Ἡ μὲν πρόεσβευσις ἡμῶν οὐκ ἐς ἀντιλογίαν
οἷς ὑμετέροις ξυμμάχοις ἐγένετο —. Mihi nondum per-
suasit doctissimus Gottleberus, ut h. l. ὑμετέροις legatur.

Nam lectionem: *ἡμετέροις* Scholiastes, Valla et alii codices adhuc defendunt. Praeterea etiam orationi contextae est aptissima. Quamquam enim Corinthii dissentiebant cum Atheniensibus, tamen nondum publice illorum aut aliorum Graeciae populorum renuntiauerant societati. Quare orationi legatorum moratae eorumque modestiae magis conueniebat, ut de sociis adhuc toti Graeciae communibus (*ἡμετέροις*) mentionem inñcerent. — In verbis: *ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μᾶστυρες, ἢ ὄψεις τῶν ἀκουσομένων* — praefero lectionem codd. Cl. Gr. Cass. Aug. Vindob. Mosqu. marg. et sex Paris. : *ἢ ὄψεις τῶν ἀκουσομένων*. Nam magis consuetum est numero singulari *ὄψεις*, sicut pluralis in vocabulo: *ἀκοαὶ* pro: *φασα* magis frequentatur. — Quod attinet verba: *τοῦ δὲ λόγου μὴ παντός, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκόμεθα* —, inprimis lectionem: *στερισκόμεθα* orationi legatorum moratae adcommodatam defendo, quam etiam cod. Stephani, Aug. Cass. C. Reg. Vindob. Vallae et Graev. proferunt et quae optime cum antecedenti particula: *μὴ* conuenit. Reiskius quidem πάντως simul legendum censuit, sed lectio recepta: *τοῦ δὲ λόγου παντός* aptius antecedenti: *τοῦ μὲν ἔργου μέρος* respondet. — Sub finem capituli in verbis: *ἀδυνάτων ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ἐπιβουθεῖν* — quis non longe praeferat multorum codicum Ar. Cl. C. Gr. Cass. Dan. Reg. Aug. Vindob. et quinque Paris. lectionem: *ἀδυνάτων ἂν ὄντων* —, quae tam apta est oratoris modestiae, qui eadem de causa etiam pronominiis: *ἡμῶν* adiectionem omisisse videtur.

Cap. 74. *Ναῦς μὲν γὰρ εἰς τὰς τετρακοσίας, ὀλίγω ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν* —. Nouem codices omittunt τῶν ante δύο μοιρῶν. Etiam Scholiastes articulum h. l. non legisse videtur. Quare melius omittitur. — In verbis: *αὐτὸν διὰ ταῦτα ὑμεῖς ἐτιμήσατε, μάλιστα δὴ ἄνδρα ξένον* — etiam nouem codices omittunt pronomem: *ὑμεῖς*, ordine verborum paullo aliter collocato: *αὐτὸν διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον*. Qui ordo verborum, sine *ὑμεῖς*, quia est concinnior, praeferrī meretur, cum inprimis statim adiiciatur pronomem: *ἡμᾶς* in verbis: *τῶν ὡς ἡμᾶς ἐλθόντων*. — Ubi denique legitur: *ἡμεῖς δὴ ἀπὸ τε τῆς οὐκ ᾠσης* — consentio cum Galio doctissimo, qui quatuor codicum auctoritate edidit: *ἡμεῖς δὲ ἀπὸ* —. Nam antecesserat: *ὑμεῖς μὲν γὰρ* —.

Cap. 75. Ἄρ' ἀξιοί ἐσμεν — ἀρχῆς τε, ἧς ἔχομεν, τοῖς Ἑλλήσι μὴ οὕτως ἄγαν ἐποφθόνως διακείσθαι —. Particulae: τε non suo loco positae merito praeferenda est apta quatuor codicum lectio: ἀρχῆς γε, ἧς ἔχομεν —. In verbis autem: ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκ ἔτι ὁμοίως — coniectio legendum esse: ὑμῶν δὲ ἡμῖν —, ubi particula: δὲ cum vi quadam adhiberi videtur. In primis vero verbis loci prioris forte Thucydides scripserat: Ἄρ' ἀνάξιοί ἐσμεν — annon meremur, ut nobis de imperio Graeci minus inuideant?

Cap. 76. Θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν — εἰ ἀρχὴν τε διαδιδομένην ἰδεξάμεθα —. Dukerus iam praetulit lectionem: ἀρχὴν τε διδδομένην ἰδεξάμεθα —, quam codd. Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Aug. Dan. et quinque Pariss. adferunt. Quare etiam Gailius doctissimus iure suo illud: διδδομένην recepit. Imperium, quod tunc Athenienses obtinebant, non erat per manus traditum. Lectio vulgata: διαδιδομένην, quam etiam Scholiastes interpretatus est, forte ex antecedente particula: τε originem traxit. — In verbis: ἐπαινεῖσθαι τε ἀξιοί, οἵτινες — δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γέωνται — memoratu digna est lectio: δύναμιν γεγέννηται, quam codd. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Dan. Mosqu. Aug. et unus Paris. a Gailio collatus adferunt. Ita infra cap. 86 legimus: ζημίας ἀξιοί εἰσι, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγέννηται.

Cap. 77. Τοῖς καὶ ἄλλοθι που ἔχουσιν ἀρχὴν —. Alio eoque meliore verborum ordine sex codices legunt: που ἀρχὴν ἔχουσι —. In verbis: Ἄδικούμενοι τε, ὡς εἰσικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται — unus Scholiastarum legit: ἀδικούμενοι δὲ, ὡς εἰσικεν —, quod est longe praeferendum.

Cap. 78. Ἡ θεοὺς τοὺς ὀρκίους μάρτυρας ποιούμενοι πειρασόμεθα —. Codd. Marg. Cl. Cass. quatuor Pariss. Aug. et Gr. legunt: εἰ δὲ μὴ θεοὺς τοὺς ὀρκίους —. Quamvis Stephanus putet, haec verba ex interpretamento esse orta, ut illud: ἢ explicetur, tamen huic formulae inter Graecos satis consuetae singularis verborum grauitas inest et multi codices eam adferunt.

Cap. 79. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ξυμμάχων ἤκουσαν —. Admittenda est elegantior lectio sex codicum: τῶν τε ξυμμάχων —, Nam ita refertur illud: τε ad sequentia: καὶ τῶν Ἀθηναίων —.

Cap. 80. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ ἀστυγείτονας —. Septem codices omittunt articulum: τοὺς ante Πελοποννησίους —. Contra vero sex Paris. articulum: τοὺς ante ἀστυγείτονας adiiciunt, ubi etiam vi maiore est positus. Quare melius haec verba eduntur: πρὸς μὲν γὰρ Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἀστυγείτονας —.

Cap. 82. Καὶ ἦν μὲν ἐπακούσῳσι τι πρεσβενομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα —. Quinque codices legunt: ἦν μὲν ἐσακούσῳσι τι —. Quam lectionem Stephanus et Wassius ut magis propriam Thucydidi iure praeferunt. Ita legitur lib. I, c. 126, et lib. III, c. 4. Hoc sensu etiam Herodotus idem vocabulum adhibet, ut lib. IX, cap. 60, cuius dicendi consuetudinem saepe Thucydides retinuit. — In verbis huius capituli: εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν, ὁρᾶτε, ὅπως μὴ αἰσχρὸν καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελοποννήσῳ πράξωμεν — duo vocabula forte sunt emendanda, ut legatur: ἐγκλήμασιν ἐπαχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν, ὁρᾶτε, ὅπως μὴ αἰσχρὸν καὶ ἀπορώτερόν τι Πελοποννήσῳ πράξωμεν. Utramque emendationem et linguae Graecae usus et sensus huius loci defendunt. Iam Valla pro illo: ἐπειχθέντες legisse videtur: ἐπαχθέντες in suo codice. Nam vertit: *inducti*.

Cap. 83. Καὶ ἀνανδρία μῆθεν, πολλοὺς μὲν πόλει μὴ ταρῷ ἐπέλθειν. Valla vertit: *multas urbes aduersus viam* —. In suo igitur codice legit: πολλὰς μὲν πόλει —. Sed nihil habet, quo commendetur, haec lectio. Nam Archidamus in antecedentibus tantum de Spartanorum opibus ad hoc bellum necessariis, non autem simul de eorum foederatis ciuitatibus egerat. Praeterea etiam cap. 81, in verbis: τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν — diserte de maiori Spartanorum armatorum multitudine mentionem iniecit.

Cap. 84. Αἰεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα —. Codd. Marg. Cl. Reg. Vindob. Aug. Cass. Gr. Bas. Vallae legunt: ἔργῳ παρασκευαζόμεθα —. Gottleberus cum Abreschio improbant hanc lectionem, quia haec verba adhuc ad describendos Spartanorum mores pertineant. Sed sequor Stephani sententiam, qui lectionem: παρασκευαζόμεθα praefert. Haec verba enim cum sequentibus copula: καὶ cohaerent et illud: δεῖ ἔχειν — δεῖ νομίζειν, quod iam Archidami ver-

bis inest bis positum, satis indicat, ad Archidami admonitionem haec omnia esse referenda, qua suos ciues praesentem rerum statum inprimis respicere iubet. — In verbis: *πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἀνθρώπων ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι* — forte codices adcuratius collati meam coniecturam confirmabunt, ut legendum sit: *κράτιστόν τε εἶναι*, cum illud: *τε* ante *διαφέρειν* nihil habeat, quo referatur. Postea intellexi, illam particulam: *τε* etiam, sicut conieceram; in uno Parisiensi codice inueniri.

Cap. 85. *Πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας.* Decem codices omittunt *τῆς* ante *Ποτιδαίας*. Ita cap. 68' legebatur: *καὶ Ποτιδαίαν ἐπολιόρουν.* Quare etiam hoc loco tot codicum auctoritatem sequi debemus. — In ultimis verbis huius capituli: *ἔλεξε τοῖς Λακεδαιμονίοις ὥδε* — Stephanus praefert lectionem codicum Marg. Aug. Cass. et duorum Paris. : *ἔλεξεν ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις ὥδε* — . Quae etiam mihi eximia esse videtur, quia Thucydides scripsit: *ἔλεξε* — *ὥδε*, non autem: *ἔλεξε* — *τάδε*. Sed in antecedentibus verbis: *ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοιαῦτα εἶπε* — nondum admittendam censeo doctissimi Gaillii emendationem, unius tantum codicis auctoritate stabilitam, ut legatur: *ταῦτα εἶπεν*. Neque etiam cap. 87 eius sententiam sequor, ubi etiam unius libri lectione emendauit: *ταῦτα λέξας* pro vulgata: *τοιαῦτα λέξας*. Nam *τάδε* et *ταῦτα* magis in foederibus recitatis quam in orationibus adhibet Thucydides, sicut iam adnotauit Wassius ad lib. VI, cap. 8.

Cap. 86. *Ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά ἐστι πολλά καὶ νῆες καὶ ἵπποι· ἡμῖν δὲ ξυμμαχοὶ ἀγαθοί.* Egregia est h. l. Scholiastae animaduersione, res non animatas tantum, non autem aptos socios inter opes Atheniensium ab illo Ephoro artificiose referri. Octo codices Ar. C. Gr. Dan. Bas. Mosqu. Vindob. et unus Paris. omittunt vocabulum: *πολλά*. Quod quidem h. l. nemo in tanta dicendi breuitate Ephoro, propria desiderabit, cum inprimis ex Archidami oratione, cap. 80, adpareat, nulla re magis, quam pecunia eguisse Spartanos. Neque etiam eo defendi poterit lectio recepta: *πολλά*, quia in scripturis illi: *ξυμμαχους* etiam adiectum legimus: *ἀγαθούς*. Nam vocabuli: *ἀγαθούς* adiectio duplici de causa erat necessaria, quia etiam multi erant Atheniensium socii, sicut Archida-

mus eodem cap. 80 fatetur, et quia, cum tria Atheniensibus commoda, diuitias, naues et equos tribuisset, non minor praestantia unico Spartanorum commodo erat eo tribuenda, ut tales esse Spartanorum socios diceret, (ἀγαθούς) quales esse deberent.

Cap. 87. Τοιαῦτα λέξας, ἐπειρήφισεν αὐτὸς, Ἐφοροσὼν —. Unus Paris. legit: τοιαῦτα δὴ λέξας. Alii decem libri exhibent: τοιαῦτα δὲ λέξας. Constat, a librariis particulas: δὲ et δὴ centies permutari. Nemo autem dubitabit, lectionem unius codicis: τοιαῦτα δὴ λέξας esse huic loco aptissimam. Quare eam esse admittendam censeo.

Cap. 90. Ἦδιον ἂν ὕρῳντες, μήποι ἐκείνους μήτε ἄλλον μηδένα τείχος ἔχοντα —. Nimum inest vocabulo: μήποτε. Nam Spartani certe non impedituri erant, quo minus *unquam* muros urbis suae Athenienses reficerent. Amplector igitur septem codicum lectionem: μήτε ἐκείνους, μήτε ἄλλον —. In verbis: ἕως ἂν ἱκανὸν τὸ τείχος — undecim codices alium verborum ordinem postulant, ut legatur: ἕως ἂν τὸ τείχος ἱκανὸν αἴρωσι.

Cap. 91. Ὅτι ἢ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη —. Octo codices legunt: πόλις αὐτῶν τετείχισται —, cum reliqui libri adhuc retineant illud: σφῶν. Mihi persuasum est, Thucydidem olim scripsisse: πάλιν σφῶν αὐτῶν τετείχισται —, quia utriusque vocabuli lectio adhuc in diuersis codicibus retinetur et dicendi consuetudo Thucydidis propria hanc emendationem admittit. Ita paullo antea: πέμψαι σφῶν αὐτῶν ἀνδράς —, et statim in sequentibus scripsit: τὰ σφίσι αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινὰ —, et lib. III, cap. 82 verbis: καὶ σφίσι αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσποιήσει, Scholiastes adiecit: σφίσι αὐτοῖς, ἤγουν ἐαυτῶν. Sicut autem nostro loco vocabulum: αὐτῶν esse addiciendum mihi videtur, ita in verbis: σώσειν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ — omittenda sunt septem codicum auctoritate verba superflua: ἐν αὐτῇ, quae in illo: ἐνοικοῦντας continentur. Valla etiam hoc additamentum ignorauit. Eius verba sunt: *ut idonea sit ad eos, qui incolunt, tutandos.*

Cap. 92. Προσφιλεῖς ὄντες ἐν τῷ τότε διὰ τὴν ἐς εἰς Μῆδον προθυμίαν μάλιστα αὐτοῖς ἐνύχχανον —. Octodecim codicum auctoritate recipienda est lectio: προθυ-

μίαν τὰ μάλιστα αὐτοῖς —, quam etiam Wassius et Kistemakerus postularunt.

Cap. 95. *Ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.* Ἥδη δὲ καὶ βιαίου ὄντος αὐτοῦ. Amplector Stephani sententiam, etiam a Dukero comprobata, ut verba: *ἐν — ἡγεμονίᾳ* arcte cum sequentibus coniungantur, eiectis duabus particulis: *δέ* καί. Nam primo verba: *ἐν — ἡγεμονίᾳ* non tam apte cum antecedentibus quam cum sequentibus possunt coniungi. Deinde in plurimis codd. deest particula: *καί*, quae h. l. est plane supervacanea. Denique particula: *δέ*, quae sensum turbat horum verborum, si illa: *ἐν — ἡγεμονίᾳ* cum sequentibus coniunguntur, vere deest in cod. Reg. et in reliquis, ubi adhuc legitur, orta esse potest ex ultima syllaba antecedentis vocabuli: *ἤδη*. — In verbis: *ἡξίου αὐτοὺς ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενές* — haud dubie legendum est Wassii sententia: *σφῶν γίγνεσθαι κατὰ* —. Nam ita legunt codd. C. Gr. Ar. Vindob. Mosqu. Dan. Bas. et tres Pariss. et verba statim adiuncta: *καὶ Πανσανία μὴ ἐπιτρέπειν*, ubi etiam praesens tempus adhibetur, eandem lectionem confirmant. — In verbis: *καὶ προσεῖχόν τὴν γνώμην ὡς οὐ περιοριζόμενοι* — legendum est: *προσεῖχόν τῇ γνώμῃ ὡς* — codicum Marg. Stephani vet. Gr. Vindob. Bas. Ar. C. Dan. et unius Paris. auctoritate. Quae lectio, si ad: *προσεῖχόν* supplemus: *νοῦν*, bene Graeca est habenda. — In verbis denique: *τυραννίδος μᾶλλον ἐφαίνετο μίμησις ἢ στρατηγία* magis Baueri quam Gottleberi sententia mihi arridet, ut legatur: *μίμησις ἢ στρατηγία*. Nam si retinemus particulam: *ἢ*, non satis adparet, quo referendum sit illud: *μίμησις*, quia inepte respiceretur ad antecedens: *ἀδικία*.

Cap. 96. *Πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι, ὧν ἔπαθον* —. Non negligenda est lectio codd. Marg. C. Cl. Reg. Bas. Cass. Aug. et trium Pariss. ut scribatur: *ἀμύνασθαι, ὧν ἔπαθον* —. Nam constat, aoristos saepe futuri significatione adhiberi. — Etiam in ultimis verbis huius capituli codicum Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Aug. et trium Pariss. auctoritas postulat lectionem: *καὶ αἱ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίνοντο*. Vulgo deest articulus: *αἱ*, qui facile propter particulam: *καὶ*, quae antecedit, interciderere poterat.

Cap. 98. *Πρὸς δὲ καὶ Καρυστίους αὐτοῖς — πόλεμος ἐγένετο* —. Octodecim codices reiiciunt copulam: *καὶ*

ante *Καρυστιους* —, quare etiam Gailius eam uncinis inclusit. Equidem eam ut inepto loco positam plane omissem.

Cap. 99. *Αυτηροὶ ἦσαν, οὐκ εἰσθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν προσάγοντες τὰς ἀνάγκας.* Non negligendum videtur Atticum: *προσαγαγόντες τὰς ἀνάγκας*, quod codd. Cass. Bas. Gr. Aug. et sex Pariss. adferunt.

Cap. 100. *Διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἡδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θορακῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον.* Heilmannus pro: *ξυμπάντων* coniecit legendum esse: *ξυστάντων*. Putem vero, eundem sensum lectioni receptae: *ξυμπάντων* subesse. Nam de omnibus omnino Thraciae uniuersae incolis hoc non erit intelligendum, sed tantum de pluribus numero, simul cum Edonis ad debellandos Athenienses congregatis. Magis memoratu digna lectio est: *ξυμπαντες*, quam Valla sequitur. Nam vertit: *omnes sunt interemti*. Reliquorum tamen codicum deest consensus.

Cap. 103. *Προσπεχώρησαν δὲ καὶ Μεγαροῦς Ἀθηναίους εἰς ξυμμαχίαν* —. Codices Ar. C. Cass. Gr. Mosqu. Aug. et quinque Pariss. postulant lectionem: *καὶ Μεγαρεῖς* —. Ita etiam Gottleberus h. l. antiquiore Atticorum ratione scribendum censuit atque etiam Dukerus in nota ad lib. I, c. 67. Quo loco recte editur: *Μεγαρεῖς*. Quare etiam h. l. retinenda est eadem scribendi ratio. Concedamus tamen, Thucydidis aetate iam in aliis nominibus hunc scribendi usum obtinuisse, ut pro: *εἰς* in fine scriberetur: *ἦς*. Ita lib. I, c. 27, legebamus: *Παλῆς* et: *Ἐμμιοῦς*. Codicum auctoritate potissimum talium nominum scriptura stabilitur. Tanta tamen inconstantiae Thucydidem non facere reum licet, ut modo: *Μεγαρεῖς*, modo: *Μεγαροῦς* scripserit. Quare etiam lib. V, cap. 59 et cap. 60, ubi tantum pauci libri exhibent: *Μεγαρεῖς*, et vulgo adhuc editur: *Μεγαροῦς*, tamen lectionem illam: *Μεγαρεῖς* esse praefendam censeo, sicut recte editum est lib. IV, cap. 66 et cap. 67, plurimorum codicum auctoritate. Sed iterum fluctuant codices lib. IV, cap. 73 et cap. 74, quorum plurimi adferunt: *Μεγαροῦς*, quam tamen librorum inconstantiam admittere non licet. Plures vero codices lib. II, cap. 9, et lib. IV, cap. 109, suadent veram lectionem: *Μεγαρεῖς*, quamvis adhuc edatur: *Μεγαροῦς*.

Cap. 104. *Ἰνάρως δὲ ὁ Ψαμμητίχου, Αἴβυς* —. Non amplius est negligenda codicum Cl. Gr. Aug. Reg. Vin-
dob. Cass. et unius Paris. auctoritas, ut scribatur: *ὁ
Ψαμμητίχου* —, quam lectionem etiam interpretes hu-
ius loci sequendam censent et Wesselingius in sua Hero-
doti editione amplectebatur.

Cap. 105. *Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοήσαντες ἐκ τῶν Με-
γάρων* —. Nouem codicum auctoritate nititur lectio:
οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοηθήσαντες —. Quod vocabulum
etiam aliis locis a Thucydide usurpatum et huic loco a-
ptissimum merito cum Stephano praetulerunt, sed non-
dum receperunt Gottleberus et Bauerus. Plane eodem
sensu iam in Herodoto occurrit, ut lib. VI, cap. 16:
ἔξεβήθηον πανδημίαι καὶ ἔκτεινον τοὺς Χίους.

Cap. 106. *Καὶ πάθος μέγα τοῦτο τοῖς Κορινθίοις ἐγένετο*. Septem codd. Cl. Bas. Aug. Cass. et tres Pariss. ar-
ticulum: *τοῖς* ante: *Κορινθίοις* omittunt, cuius omissio-
nis, saepe in Thucydide obuia, plura exempla caput se-
quens suppeditat. Porro quinque codd. etiam priora
huius loci verba aliter collocant, ut aptius legatur: *καὶ
πάθος τοῦτο μέγα Κορινθίοις ἐγένετο*.

Cap. 107. *Τὸ δὲ τι καὶ ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπήγον
αὐτοὺς κρύφα, ἐλπίσαντες δῆμόν τε καταπαύσειν* —. Prae-
fero lectionem codicis Graeu.: *τὸ δ' ἔτι καὶ ἄνδρες* —.
*Praeterea etiam illi Atheniensium clam eos instigarunt,
qui sperabant, fore, ut populi minuerent imperium* —.
Illud: *τὸ δ' ἔτι καὶ*, praeterea etiam, occurrit quoque
cap. 118, ubi vulgo legitur: *τὸ δὲ τι καὶ πολέμοις οἰκτιροῖς
ἐξευγμένοι*. — In verbis: *ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς καὶ τι καὶ
τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψία ἦν* — omittunt voculam: *ἦν*
omnes fere editiones et libri manuscripti, quamuis in
duplici Stephani editione et illa Aem. Porti reperiat. Praeterea pro illo: *καὶ τι καὶ* — quinque codices Gr. Bas.
et tres Pariss. exhibent: *καί τ' οἱ καὶ* —, quam lectionem
non improbat doctissimus Gottleberus. Mihi quoque
longe praeferranda esse videtur, utque etiam vocula:
ἦν, quam codices ignorant, carere possimus, scriben-
dum censeo: *ὑποψία*. Quodsi igitur legimus: *καί τ' οἱ
καὶ τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψία*, haec verba sunt
vertenda: *Eis obuiam egressi sunt, profecto etiam su-
spicione de dissoluendo (per eos) populi imperio (ad-
ducti)*.

Cap. 108. *Τὰ τε τείχη τὰ ἐαυτῶν τὰ μακρὰ ἀπέτελεσαν.* Haec verba cum antecedentibus ita cohaerent, ut antea de damno quaedam narrentur, quo hostes suos Atheniensium exercitus adfecerit, in his autem verbis commoda commemorentur, quae suae simul urbi muro altiore tandem perficiendo parauerint. Quare puto, Thucydidem scripsisse: *τὰ δὲ τείχη* —, cum inprimis illud: *τε* nihil habeat, ad quod referatur. Porro articulum: *τὰ* ante: *ἐαυτῶν* ignorant codices Ar. C. Mosqu. Dan. et unus Paris., qui etiam loco alieno positus esse videtur, cum ter paucorum verborum interuallo repeteretur. Denique pro: *ἀπέτελεσαν* codices Cl. Aug. Graev. Cass. Bas. et quinque Pariss. legunt: *ἐπετέλεσαν*, quod hoc sensu, ut: *perficere* significet, est magis consuetum, et saepe a librariis cum illo: *ἀποτελέω* confunditur, ut multis locis Schweighaeuserus in suis ad Polybium notis docuit. Quare scriptura huius loci ita erit mutanda: *τὰ δὲ τείχη ἐαυτῶν τὰ μακρὰ ἐπέτελεσαν.* — In verbis: *ὡμολόγησαν δὲ καὶ οἱ Αἰγυπτῆται μετὰ ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις* — codices Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. et quatuor Pariss. omittunt articulum: *οἱ* ante: *Αἰγυπτῆται*, quem h. l. nemo, si Thucydideam dicendi rationem respexeris; desiderabit, cum inprimis vocabulo: *Ἀθηναίοις* statim sequenti articulus: *τοῖς* adhaereat. Idem codices in sequenti capite, ubi legitur: *τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐκράτων τῆς Αἰγύπτου οἱ Ἀθηναῖοι* —, etiam articulum: *οἱ* ante: *Ἀθηναῖοι* omittunt, quod quoque, cum modo antecesserit: *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι* —, non improbo.

Cap. 109. *Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξυμμαχοὶ ἔτι ἐπέμενον* —. Nullam vim aptam h. l. particula: *ἔτι* admittit. Quare melius illa omittitur nouem codicum consensu. — In verbis: *ὅπως — καὶ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπαγάγοι Ἀθηναῖοι* — plurimorum codicum auctoritate copula: *καὶ* eiicienda est ante: *ἀπ' Αἰγύπτου*, sicut iam Kistemakerus suasit. Etiam in Latina Vallae interpretatione nullum huius particulae: *καὶ* vestigium adparet. — In verbis: *τούς τε Αἰγυπτίους καὶ τούς ξυμμαχοὺς μάχη ἐκράτησε* — nouem codices omittunt particulam: *τε*; qua etiam h. l. facile supersedere possumus, et quam quoque Valla in sua interpretatione Latina omisit. — Denique in verbis: *ἐπολιόρκει ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ* — decem codicum auctoritate mutandus est ultimorum verborum ordo, ut

legatur: καὶ ἐξ μῆκας; sicut statim capite sequenti legitur: ἐξ ἔτη.

Cap. 110. Διὰ τῆς Λιβύης εἰς Κυρήνην διεσώθησαν —. Aptum quidem est h. l. verbum: διεσώθησαν, sed undecim codices tamen legere iubent: ἐσώθησαν; quorum auctoritas non est reiicienda. — In verbis: Ἄγυπιος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο — lectio: βασιλεῖ codicum auctoritate destituitur. Multi legunt: βασιλέως, quae non ferenda est lectio. Quare sequor sex codicum-Vindob. Cass. Aug. Bas. et duorum Pariss. lectionem: βασιλέα — etiam ab Hemsterhusio in suis ad Aristophanis Plutum notis non improbatam. — In verbis: Ἰνάρωσ δὲ ὁ τῶν Λιβύων βασιλεὺς — eiiciendus est articulus: τῶν — omnium fere codicum auctoritate. — In verbis vero ultimis: στρατείαν Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων — iidem codices particulam: τε non necessariam ignorant.

Cap. 111. Καὶ παραλαβόντες τοὺς Βοιωτοὺς καὶ Φωκίας, ὄντας ξυμμάχους, οἱ Ἀθηναῖοι —. Undecim codd. eiiciunt articulum: τοὺς ante vocabulum: Βοιωτοὺς, quem etiam Kistemakerus h. l., me non invito, omitti iubet. De eo tamen mihi non persuasit vir doctus, ut articulus adiciatur, si scriptor omnes, sed omittatur, si quosdam tantum indicauerit. Innumeris certe et Thucydidis et aliorum scriptorum locis haec proposita scribendi norma refutabitur. Quid? quod etiam in nostro loco, ubi bene quadrat articulus: οἱ ante: Ἀθηναῖοι, tamen illud: οἱ decem codicum auctoritate melius omittitur.

Cap. 112. Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ Κιλιξίν ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεξομάχησαν ἅμα. Verba: καὶ Κυπρίοις ex interpretamento orta et eiicienda esse censeo. Nam cum bellum contra Cyprios suscepissent Athenienses, (εἰς Κύπρον ἐστρατεῖοντο) sponte intelligitur, huic duplici proelio, quod socii Cypriorum, Phoenices et Cilices, qui auxilio veniebant contra Athenienses, commiserunt, etiam Cyprios interfuisse; id quod etiam vocabulum adiectum: ἅμα, simul praeter Cyprios cum Phoenicibus et Cilicibus — aperte indicat. Haec verba: καὶ Κυπρίοις etiam codices Vallae, Cl. Gr. Cass. Aug. et quinque Pariss. ignorant.

Cap. 113. Καὶ Χαιρώνειαν ἐλόντες καὶ ἀνθοσποδίσαντες ἀπεχώρουν, φυλακὴν καταστήσαντες. Codices Vallae,

Cl. Graeu. Cass. Aug. et quatuor Pariss. omittunt verba: *καὶ ἀνδραποδίσαντες*. Illud: *εἶλον* modo sine additamento, ut lib. I, c. 89 et c. 108, modo cum additamento: *καὶ ἠνδραπόδισαν*, ut lib. I, c. 98, occurrit. Forte h. l. haec verba melius absunt, quia militum praesidium urbi impositum esse dicitur, quod non facile in urbe direpta et ciuibus spoliata locum habebit. Etiam Gailius doctissimus haec duo verba ex interpretamento orta esse censet.

Cap. 115. *Νίσαιαν, καὶ Ἀχαΐαν, καὶ Πηγάς, καὶ Τροίηναι* —. Codices Vallae, Ar. C. Dan. Aug. et septem Pariss. ita ordinem verborum mutant, ut verba: *καὶ Ἀχαΐαν* ultimo loco post: *Τροίηναι* collocentur. Quo seruatō verborum ordine, facilius iam sub Achaia regionem illis urbium nominibus simul adiunctam intelligere possurhus. — In ultimis verbis: *ξυναπέστησαν δὲ αὐτοῖς Βυζάντιοι* — antea scriptum fuisse: *ξυναπέστησαν τὲ αὐτοῖς* — conicio, quia antecesserat: *ἐπὶ τὲ Μίλητον*. In Gailii editione plane omissa est particula: *δὲ*, haud dubie typographi incuria. Sicut autem h. l. particulam: *δὲ* in illud: *τὲ* muto, ita sub finem cap. 125. legendum censeo: *ἠδικημένοις τὲ μᾶλλον βοηθήσετε*, pro: *ἠδικημένοις δὲ* —, quia antecessit: *σπονδάς τὲ οὐ λύσετε*. Contraria autem ratione libri V, cap. 43, in verbis: *πανταχόθεν τὲ νομίζων ἐλασσοῦσθαι* sex codicum auctoritate haud dubie legendum est: *πανταχόθεν δὲ νομίζων* —.

Cap. 117. *Ἐκράτησαν ἡμέρας περὶ τεσσαρεσκαίδεκα* —. Haud dubie mutato accentus loco legendum est: *ἡμέρας περὶ τέσσαρας καὶ δέκα* —. Lectionem: *τέσσαρας καὶ δέκα* tuentur codices Ar. C. Cl. Gr. Cass. Aug. et tres Pariss.

Cap. 118. *Καὶ ὅσα πράξεις μεταξὺ ταῦδε τοῦ πολέμου κατέστη*. Concedo equidem, particulam: *μεταξὺ* h. l. apte explicari posse, si separatim positam censes, neque cum verbis: *ταῦδε τοῦ πολέμου*, quae ad: *πράξεις* pertinent, coniungis. Quam plurimi tamen codd. Ar. C. Cl. Gr. Cass. Aug. Dan. Bas. Vindob. Vallae et quatuor Pariss. hanc omiserunt particulam. Quare eam quoque eiiciendam censeo, quia forte ex sequentibus verbis, ubi etiam haec particula: *μεταξὺ* occurrit, huc male tracta est a librariis. — In illis autem verbis: *μεταξὺ τῆς τὲ ἑξέσου ἀναχωρήσεως* — nouem codices omittunt particu-

Iam: τε, quae etiam, saluo huius loci sensu, abesse potest.

Cap. 119. *Ληθύντες μὲν καὶ κατὰ πόλεις πρότερον ἐκάστων ἰδία, ὥστε ψηφίσασθαι πόλεμον* —. Cum Scholiasta tredecim codd. legunt: *ψηφίσασθαι τὸν πόλεμον* —, quam lectionem singulari quadam vi h. l. prolatam etiam Kistemakeras recipere iubet. Sub initium vero huius capituli consueto Thucydidis more legendum est: *Ἀδύς δὲ τοὺς ξυμμαχοὺς* (non: *συμμαχοὺς*) —, quam lectionem quoque quatuor Pariss. adferunt.

Cap. 120. *Πολλὰ γὰρ. κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα, κατωρθώθη* —. Octo codices legunt: *τῶν ἐναντίων τυχόντων, κατωρθώθη*. Quam lectionem esse longe aptiorem puto: *quando forte fortuna stolidi hostes aduersantur*. Ultimae syllabae: *τα* et: *τῶν* centies a librariis propter scripturae compendium permutantur. Etiam Valla eandem octo codicum lectionem secutus esse videtur. Nam vertit: *Multa enim male consultata, hostibus inconsultius agentibus, emendata sunt*.

Cap. 121. *Ὁ γὰρ ἡμεῖς φύσει ἔχομεν ἀγαθόν* —. Duodecim codices alio ordine: *ἡμεῖς ἔχομεν φύσει ἀγαθόν* — haec verba collocare iubent; quamuis haec ordinis mutatio ad ipsum verborum sensum nihil referat. — Eodem modo cap. 122. etiam in verbis: *εἰ μὲν ἡμῶν ἦσαν ἐκάστοις* — octo codicum auctoritate ita ordo verborum mutari debet: *εἰ μὲν ἦσαν ἡμῶν ἐκάστοις*.

Cap. 123. *Τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀπάσης ξυναγωνισμένης* —. Suavius sonat in hoc verborum ordine dissyllabum: *πάσης*, ut nouem codicum auctoritate legatur: *Ἑλλάδος πάσης ξυναγωνισμένης*.

Cap. 124. *Ὡστε πανταχόθεν καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν* —. Valla cum cod. Reg. Gr. et aliis nonnullis legit: *ἡμῖν πολεμεῖν* —. Quae lectio haud dubie est vera et statim cum vi repetitur idem pronomen in verbis: *καὶ ἡμῶν κοινῇ τάδε* — siue potius alio ordine: *ἡμῶν τάδε κοινῇ* —, sicut nouem codicum auctoritas postulat. — In verbis: *ψηφίσασθε δὴ τὸν πόλεμον* — particulam: *δὴ* quam plurimi libri ignorant. Quare dubito, an illa h. l. adhuc inter verba Thucydidis sit admittenda.

Cap. 126. *Πρόφασις εἶη τοῦ πολεμεῖν, ἢν μὴ τι ἐσακούωσι* —. Non negligenda est magis consueta codicum

Ar. C. Mosqu. Dan. Cass. Aug. Vindob. lectio: ἦν μὴ τι
 ἔσακούσωσι —. In verbis sequentibus: Κύλων ἦν
 Ἀθηναῖος, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης τῶν πάλαι εὐγενῆς — or-
 dinem verborum, quem codices Bas. Aug. Cass. Gr. et
 quinque Pariss. adferunt: Κύλων ἦν Ὀλυμπιονίκης, ἀνὴρ
 Ἀθηναῖος τῶν πάλαι, εὐγενῆς — iam Kistemakerus aptio-
 rem et magis perspicuum esse censuit. Nam verba: τῶν
 πάλαι longe aptius coniunguntur cum: ἀνὴρ Ἀθηναῖος,
 ut ita indicaret Thucydides, se ex antiquiore Athenien-
 sium historia narrationem adferre. Vocabulum: ἀνὴρ ad
 utrumque nomen collocari potest. Nam Herodotus lib.
 V, c. 71, sane posuit: ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης, et forte ex
 illo Herodoti loco alter verborum ordo in reliquis codici-
 bus originem repetiit. Sed potest etiam dici: ἀνὴρ Ἀθη-
 ναῖος, sicut mox in eodem capite: Μεγαρέως ἀνδρὸς men-
 tio iniicitur. — Ad verba: Ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ
 ἰορτῇ καταλαβεῖν — est adnotandum, articulum: τῇ an-
 te: τοῦ Διὸς esse superfluum neque a Thucydidē adie-
 ctum esse videri. Nam Attici saepe post: ἐν ponunt ge-
 nitivum, si vel dativus nominis non adest, ad quod il-
 lud; ἐν refertur. Hoc loco tamen non deest dativus.
 Praeterea articulum: τῇ etiam codd. Ar. C. Gr. Mosqu.
 Dan. Bas. et quatuor Pariss. ignorant.

Cap. 127. Ἐλαίνειν ἐκέλευον δῆθεν τοῖς θεοῖς πρῶτον
 τιμωροῦντες, εἰδότες δὲ Περικλέα —. Ordinem horum
 verborum Stephanus ita melius constituit: ἐκέλευον ἐλαί-
 νειν τοῖς θεοῖς δῆθεν πρῶτον τιμωροῦντες. Nam illud: δῆ-
 θεν non ad: ἐκέλευον, si eius sensum spectas, sed ad:
 τιμωροῦντες pertinet. Neque codicum auctoritate desti-
 tuitur haec emendatio. Nam octo libri legunt: ἐκέλευον
 ἐλαίνειν — et illud: δῆθεν quatuor libri recte collocant
 post: τοῖς θεοῖς. Praeterea illud: δὲ ante: Περικλέα non
 quadrat. Quare trium codicum lectio: εἰδότες τε Περικ-
 λέα est praefenda, sicut iam Kistemakerus censuit. —
 In verbis: ῥᾶον σφίσι προχωρήσειν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων
 — haud dubie legendum est: σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ
 —. Nam ita octodecim libri scripserunt. Constat au-
 tem, tempus praesens verborum purorum saepe ab At-
 ticis futuri loco adhiberi. Sed in verbis: οὐ μέντοι το-
 σοῦτόν γ' ἤλπίζον — particulam: γ' ante: ἤλπίζον sine iu-
 sta codicum auctoritate a Gottlebero adiectam nondum
 admitto, quamvis locum habere possit.

Cap. 128. *Ἀναστήσαντες ποτὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Πρω-
σειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἰλωτῶν τοὺς ἰκέτας* — Decem codices Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. et quinque Pariss. articulum: *τοὺς* ante: *ἰκέτας* omiserunt, quem nemo h. l., ubi articulus tam saepe est repetitus, desiderabit, — In verbis: *ἀμικνεῖται* — τὰ πρὸς βυσιλεῖα πράγματα βουλόμενος πράσσειν — vocabulum: *βουλόμενος* cum Dukero librarii cuiusdam interpretamentum habeo. Nam infinitivus: *πράσσειν* pendet dictione satis consueta ab illo: *ἀμικνεῖται*. Deest autem vocabulum: *βουλόμενος* in cod. Cl. Gr. Aug. Cass. et quatuor Pariss. In aliis vero libris non suo loco, sed ante: *τὰ πρὸς βασιλεῖα* collocatur. Ita exhibent codd. Ar. C. Mosqu. Dan. et unus Paris. Denique interpretamenti vestigia Scholiastes satis indicat h. l. verbis adiectis: *βουλόμενος δηλονότι* — In verbis: *ὅπῃ ἐπέτρηψε τότε Βυζαντιαν* — novem codices legere iubent: *ὅ ἐπέτρηψε* — sine ulla sensus mutatione. — A verbis: *ἐνεγέγραπτα δὲ τὰδε καὶ ἐν αὐτῇ* — copula: *καὶ* abesse debet, sicut iam Gesnerus illam in Chrestomathia Graeca omisit atque etiam Kistemakerus suadet. Nam deest in duodecim codicibus et sensum huius loci perturbat.

Cap. 129. *Ὅς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου θέσσωσας* — Decem codd. simul cum Vindob. legunt: *ἐκ Βυζαντίου ἔσσωσας*. Quare non negligendus est tot codicum consensus.

Cap. 130. *Ὁ Πανσανίας* — πολλῶν τότε μᾶλλον ἤστο, καὶ οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτενεῖν — Ante Wassii emendationem alio verborum ordine legabatur: *πολλῶ μᾶλλον τότε* — Hunc priscum ordinem ut magis consuetum ex sex codd. Pariss. esse remocandum censeo. Pro illo autem: *ἐν τῷ καθεστῶτι* — undecim codices exhibent: *ἐν τῷ καθεστῆκότι* — Cum utraque scribendi forma in Thucydidis libris occurrat, haud dubie plurium codicum auctoritatem sequi debemus.

Cap. 131. *Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι, τὸ, τε πρῶτον δὲ νῦν τὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ ἐπειδὴ* — Hunc locum aliter interpungendum et interpretandum censeo, quam reliqui interpretes. In antecedenti capite dicebatur Pausanias cultus magnificentia et insolentia aperte indicasse clandestina animi consilia de regno Grae-

ciae adfectato. Sub initium huius capituli iam primum Lacedaemonii ex eiusmodi indiciis sensisse dicuntur haec Pausaniae consilia. Quare eum etiam reuocarunt, postquam denuo, iniussu Spartanorum, in naui Hermionide vectus Sparta discesserat. Certe nemo negabit, qui attente perlegerit haec Thucydidis verba, illud: *τό, τε πρώτον* non ad: *τό δεύτερον*, quod sequitur, referri posse. Nam; *τό δεύτερον*, sicut verborum ordo postulat, non ad: *ἀνεκάλεσαν*, sed ad: *ἐκπλεύσας* pertinet. Quare etiam illud: *τότε πρώτον* non cum: *ἀνεκάλεσαν* coniungo, sed cum: *αἰσθόμενοι*. Pro: *τό, τε* autem cum Thoma Magistro, Valla, cod. Cass. Gr. et Aug. lego: *τότε*, et comitate distinguo verba: *διὰ ταῦτα* a sequenti: *ἀνεκάλεσαν*. *Lacedaemonii, qui tunc primum sentiebant* (clandestina Pausaniae consilia), *propter haec eadem* (quae agebat) *etiam postquam denuo, iniussu eorum, ex urbe discesserat, eum reuocarunt*. Nisi ita hunc locum interpretamur, non satis adparebit, cur illud: *αἰσθόμενοι* statim a verbis: *τό, τε πρώτον* *διὰ αὐτὰ ταῦτα* excipiantur, cum tamen: *τό, τε πρώτον* ad illud: *τό δεύτερον* non apte referri possit. — In verbis sequentibus: *πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς ἐς τοὺς βαρβάρους* — cum codd. Cam. Cl. tribus Pariss. Cass. Gr. Aug. Mosqu. legendum censeo: *αὐτοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους*. Ita legitur lib. IV, c. 114: *τοὺς πρᾶξαντας πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως* — et lib. II, c. 5: *πρὸς ὃν ἐπράξαν οἱ προδιδόντες* —.

Cap. 152. *Καὶ ἐπεὶ γε δὴ ἐν ταύτῳ καθειστήκει* —. Omissa particula: *γε*, decem codices lectionem Thucydidis magis consuetam suadent: *καὶ ἐπειδὴ ἐν τούτῳ*. — In verbis: *ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταγράψαι τι αἰτήσῃ* — ut alio verborum ordine legatur: *ἐκεῖνος τι μεταγράψαι αἰτήσῃ* — duodecim codicum auctoritas postulat.

Cap. 155. *Τότε δὴ οἱ Ἐφοροὶ, δείξαντες αὐτοῦ τὰ γράμματα* —. Recte censeat Kistemakerus, legendum esse: *Τότε δὴ οἱ Ἐφοροὶ* —. Nam illud: *τότε* est huic loco aptissimum et quatuordecim codicum auctoritate defenditur.

Cap. 154. *Αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, οὐπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν* —. Et sensus huius loci et optimorum codicum auctoritas postulat, ut legatur: *τοὺς κακούργους εἰώθεσαν, ἐμβάλλειν*. Lectionem: *εἰώθασιν*, etiam ab Hemsterhusio comprobata, adfe-

runt codices Ar. C. Gr. Dan. Bas. Vindob. et tres Pariss. — Ordinem verborum, ut illud: *ἐμβαλλειν* ultimo loco ponatur, etiam seruant codices Cam. Cass. Aug. Graeu. Bas. et quinque Pariss. quare hunc verborum ordinem Dukerus quoque iure praefendum censet, quo illud: *ἐμβαλλειν* cum verbo: *ἐμέλλησαν* cohaeret. Quamquam vero Dukerus ex nonnullis libris: *ἐς τὸν Καιάδαν* — recipit, cum Leopardo tamen, in eius ad Ammonium notis, maiore codicum auctoritate niti censeo lectionem: *ἐς τὸν Καϊάδαν* — et propterea eam praefero. Nam cum aliis multis codd. etiam octo Pariss. lectionem: *Καιάδαν* defendunt.

Cap. 135. *ἤξιον τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν.* Non verisimile est, Lacedaemonios postulasse ab Atheniensibus, ut iisdem poenis quoque Themistoclem adficerent, cum extraordinario modo Pausanias fame enectus periisset. Praefero igitur quatuor librorum Ar. C. Dan. Vindob. lectionem: *αὐτούς*, pro illo: *τοῖς αὐτοῖς*, et quia praeterea h. l. particula: *τε* esset solitaria, pro illa potius: *δέ* est legendum. Etiam duo Pariss. omittunt articulum: *τοῖς* ante: *αὐτοῖς*. Aptiorem igitur sensum fundet haec lectio: *ἤξιον δὲ αὐτούς κολάζεσθαι αὐτόν.* Sed negare non possum, longe magis mihi placere coniecturam, qua Thucydides forte scripserit: *ἀξιοῦντες αὐτοὺς κολάζεσθαι αὐτόν.*

Cap. 136. *Διωκόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων κατὰ πίστιν οἱ χωροῖη* —. In cod. Vindob. et aliis quatuordecim libris legitur: *κατὰ πίστιν ἢ χωροῖη*. Quae lectio eundem sensum fundit ideoque tot librorum consensu est admittenda. — In verbis: *ὑπὸ ἐκείνου πολλῷ ἀσθενέστερον ἐν τῇ παρόντι κακῶς πάσχειν* — cum Dukero lectionem Vallae, qui vertit: *se enim nunc multo imbecilliorum ab illo laedi* — praefero. Haud dubie enim legit: *πολλῷ ἀσθενέστερον ἐν τῇ παρόντι* —. Quam lectionem quoque quidam Paris. codex et ed. Flor. exhibent. — Cui quidem lectioni aptissimae tantum in sequentibus verbis: *καὶ ἅμα, αὐτὸς μὲν ἐκείνων χρείας τινὸς καὶ οὐκ ἐς τὸ σῶμα σώζεσθαι, ἐναντιωθῆναι* — mutata verborum constructio obstare videtur. Nam Themistocles de se duplicem casum et accusatiuum: *ἀσθενέστερον*, et nominatiuum: *αὐτὸς* usurpat. Cum vero, si ad voculam: *καὶ ἅμα* suppleueris: *ἔφη*, aut simile verbum, uterque casus

locum habere possit et plane conueniat cum Thucydidis consuetudine variandi verborum constructionem, nihil amplius obstare puto recipiendae lectioni: ἀσθενέστερον. Neque vero mihi persuadere possum cum Gottlebero doctissimo, vocabulum: χρείας accusatio casu esse positum. Haud dubie est genitiuus et in sequentibus iterum more suo constructionem mutat scriptor adiecto: καὶ οὐκ ἐς —.

Cap. 139. Ψήφισμα καθελούσι μὴ ἂν γενέσθαι πόλεμον —. Apta et plurimorum codicum auctoritate praefenda est lectio: μὴ ἂν γίγνεσθαι πόλεμον —. Ita enim Ar. C. duo Pariss. Cass. Dan. Mosqu. Aug. Gr. Vindob. legunt atque etiam in verbis capite 140 repetitis: μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον. — Porro in verbis: εἴη δ' ἂν, εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε — nouem codd. Ar. C. Cl. duo Pariss. Cass. Aug. Vindob. Gr. legere iubent: αὐτονόμους ἀφεῖτε —. In verbis denique: ἐδόκει, ἀπαξ, περὶ ἀπάντων βουλευσαμένους ἀποκρίνεσθαι — etiam undecim Ar. C. Cl. Cass. Aug. Mosqu. Vindob. et quatuor Pariss. auctoritate commendatur lectio: βουλευσαμένους ἀποκρίνασθαι.

Cap. 140. Ἦν ἄρα τι καὶ σφαλόμεθα, βοηθεῖν ἢ μὴδὲ, κατορθούντας, τῆς ξυνέσειως μεταποιείσθαι. Nimis artificiosa mihi videtur Stephani interpretatio, ut illud: μὴδὲ a vocabulo: κατορθούντας separetur. Neque etiam Gailii doctissimi explicationem cum linguae legibus conuenire puto, ut separato illo: μὴδὲ particulam: δὲ cum: κατορθούντας coniungamus. Equidem verito haec verba: siue, si ne felici quidem rerum gerendarum successu utimur, ut omnem prudentiam exercent. Suos enim adseclas ad sustentandam ciuitatis sententiam euocat Pericles, si forte in re quadam ipse errauerit, siue, si ne felici quidem successu bellum geri sit coeptum, ad prudentiam exercendam. Quae quidem interpretatio etiam sequentibus verbis quam maxime est accommodata. Nam pergit Pericles adfirmare: Fieri enim posse, ut non minus res gerendae praeter opinionem male succedant, quam hominum sententiae errore impediuntur. Eandem interpretationem iam Valla protulit atque etiam Scholias tes sequitur. — Porro in verbis: ὅσα ἂν παραλόγως ξυρῆῃ, εἰώθαμεν κειτῆσθαι — codices Aug. Bas. Mosqu. Vindob. Cl. Cass. Gr. et tres Pariss. nos legere iubent:

ὅσα ἂν παρὰ λόγον ἐμβῆ. Quae lectio aptissima etiam a Kistemakero probatur. — In verbis: *δίνας μὲν τῶν διαφορῶν ἀλλήλοις δίδοναι* — septem codd. etiam postulant lectionem: *τῶν διαφορῶν ἀλλήλοις* — Utraque dicendi ratio in Thueydide est obuia atque etiam similem sensum profert. — In verbis: *τὸ γὰρ βραχὺ τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν* — lectionem elegantiore: *τὸ γὰρ βραχὺ τι τοῦτο* — undecim codices exhibent. Quare tot codicum lectionem Gailius doctissimus iure recepit. — In verbis ultimis: *ἄλλο τι μείζον εὐθύς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούοντες ἀπισχυρισάμενοι δὲ, σαφῆς ἂν καταστήσητε αὐτοῖς* — legendum est: *καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες* — sicut quatuordecim codices Marg. Ar. C. Cass. Gr. Dan. Reg. Aug. Vindob. et quinque Pariss. postulant. Sed in Gailii notis non iniectam esse codicis Regii mentionem animaduerto, quem ille litera: G indicat. Non autem illud: *ὑπακούσαντες* futuri significatione usurpatum puto, sed de praeterito tempore intelligo. Indicat nempe Pericles, mox grauiora ipsis mandata a Spartanis impositum iri, quando in hoc iam de Megarensibus postulato ipsis quasi timore impulsī morem gesserint. Denique in verbis: *καταστήσητε αὐτοῖς* — melior et aptior erit lectio: *καταστήσατε αὐτοῖς* —, sicut iam Tusanus coniecit, atque etiam in duobus Pariss. et Bas. exhibetur. Illorum librorum lectio, qui scribunt: *καταστήσετε* et *καταστήσητε*, ex eadem lectione vera: *καταστήσατε* — originem traxisse videtur. Eodem quoque respicit lectio Vindob. codicis: *καταστήσατε*.

Cap. 141. *Αὐτόθεν δὴ διανοήθητε, ἢ ὑπακούειν* — Valla videtur legisse: *Αὐτό δὲ δὴ διανοήθητε*, quia latine vertit hunc locum: *atque hoc reputate*. Sed praeferranda est lectio recepta. Illud: *αὐτόθεν* — respondet h. l. Ciceroniano: *Quae cum ita sint*. Ita Thucydides lib. VI, c. 71, eandem particulam adhibuit: *χειμῶν τε γὰρ ἦν, καὶ τῶν πόλεμον αὐτόθεν* (propterea) *ποιεῖσθαι οὐπω ἔδοκε δυνατόν εἶναι*. Constat, Latinorum: *inde* etiam eodem sensu usurpari. — In verbis: *ἢ τε μέγιστη καὶ ἢ ἐλαχίστη δικαίωσις* — haud dubie tollenda est decem codd. auctoritate vocula: *ἢ* ante: *ἐλαχίστη*. Gailius etiam h. l. codicis regii ab aliis laudati non mentionem iniicit.

Cap. 144. *Ἄλλα καὶ τὰ ὑπαρχοντα ἐκλείποντες* —

τὸν τε βάρβαρον ἀπέωσαντο —. Cum Vindob. adhuc quatuordecim codices postulant, ut edatur: τὰ ὑπάρχοντα ἐκλειπόντες —. Neque intelligo, quid efficacius lectioni: ἐκλείποντες, Wassii opinione, insit, cum aperte tempus praeteritum respiciatur.

LIBRI II, cap. 5. Οἱ δὲ Πλαταιῆς, ὡς ἤσθοντο ἔνθεν τε ὄντας τοὺς Θηβαίους —. Cum Vindob. adhuc quatuordecim codices antiquorum Atticorum more postulant lectionem: οἱ δὲ Πλαταιεῖς —. Ita etiam plurimi libri capite quarto, quinto et nono scribunt, quamvis in capite 5 et cap. 9 adhuc edatur: Πλαταιῆς. Confi dicta ad lib. I, cap. 105.

Cap. 4. Καὶ αἱ θύραι ἀνεωγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ. Tredecim libri legunt: καὶ αἱ πλησίον θύραι —. Stephanus quidem superfluum habet illud: πλησίον. Sed mihi apto loco positum et recipiendum esse videtur. Nam illo: αἱ πλησίον θύραι indicantur anteriores domicilii ianuae, quae iam posticis opponuntur, per quas Thebani exitum sperabant. Ceterum cum Bauero haec verba in parenthesi posita esse censeo. — In verbis: ὀρῶντες αὐτοὺς δὲ οἱ Πλαταιεῖς — multi codices alio et magis consueto ordine legunt: ὀρῶντες δὲ οἱ Πλαταιεῖς αὐτούς. — Denique in verbis: ἐνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι καὶ τὰ ὄπλα — plurimorum codicum auctoritate particula: τε omitti debet et legendum est: τοῖς Πλαταιεῦσι παραδοῦναι σφᾶς αὐτούς καὶ τὰ ὄπλα —.

Cap. 5. Καὶ τὸν ποταμὸν μόλις διαβάντες ὑστερον παρεγένοντο —. Praefero octo codicum lectionem: ποταμὸν μόλις διαβάντες —. Nam si illud: μόλις saepe indicat i. q. βραδέως, ut antiqui Grammatici testantur, huic loco est aptissimum. Eodem sensu adfuit haec particula lib. I, c. 69: μόλις δὲ νῦν τε ἐκνήλθομεν, sero nunc conuenimus. — In verbis: ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσῶς δράσειαν — admittendam censeo decem codicum lectionem: ὅσια δράσειαν —. Nam illud: ὅσια ὄραν saepe occurrit apud optimos scriptores Graecos.

Cap. 6. Ἠγγέλθη εὐθύς τὰ πᾶρά τῶν Πλαταιέων γεγενημένα —. Meliorem puto esse sex codicum lectionem: τὰ περὶ τῶν Πλαταιέων —. Nam illud: πᾶρα, quia non ad: ἠγγέλθη, sed ad: γεγενημένα deberet referri, h. l. minus quadrat. Aperte nuntius Plataensium primus respicitur, quo Athenienses de suo oppido a The-

banis capto certiores fecerunt. In Gailii ed. quatuor codices adferuntur, qui et: *παρά* et: *περὶ* omittunt. Sed fateor, me dubitare, ut satis adcurate horum codicum lectio sit laudata. Nam consilium doctissimi editoris, cum hos codices laudaret, tantum variam lectionem nonnullorum codicum: *Πλαταιῶν*, pro vera illa: *Πλαταιῶν* respexisse videtur, quia inter codices, in quibus haec particula: *περὶ* s. *παρά* non adfertur, etiam codicem Regium laudavit. Sed Dukerus adcurate de illo adnotavit, a prima manu scriptum: *περὶ τῶν Πλαταιῶν*, sed inter versus a manu recent. adiectum legi: *γρ. παρά* —. In verbis: *οὕτω δὴ οὐκ εἰδότες οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέστελλον* — recipienda est lectio: *Ἀθηναῖοι ἀπέστελλον* —, quam Stephanus iam ex coniectura commendauerat et quae etiam in sex codd. Vindob. Ar. G. Dan. et duobus Paris. reperitur.

Cap. 7. *Λακεδαιμόνιοι μὲν πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις, ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, τοῖς τῦκείνων ἐλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιῆσθαι.* Variam huius loci et emendandi et explicandi rationem, cum maxima codicum pars lectionem: *Λακεδαιμονίοις* defendat, proposuerunt interpretes. Illam Stephani coniecturam, ut legatur: *ἐπετάχθη*, egregie codex Vindob. comprobavit. Quia tamen in reliquis libris illud: *ἐπετάχθησαν* reperitur, forte hoc vocabulo in tres voces diuiso, emendari debet: *ναῦς ἐπετάχθη σ' ἂν ποιῆσθαι, naues ducentae imperatae sunt.* Illud: *σ* igitur positum esset pro: *διακοσίας*. Qui nauium numerum tantum de foederatis Italiae et Siciliae ciuitatibus deberet intelligi. Sed in uniuersum naues a Lacedaemoniis paratae, si illae imprimis, quas ipsi Lacedaemonii et ciuitates in Peloponneso (vid. cap. 9) et in eorum ditioe sitae possidebant, cum ducentis modo laudatis computantur, numerum quingentarum nauium (ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν πεντακοσίων νεῶν ἰσομένων) efficiabant. — Datinus: *Λακεδαιμονίοις* tunc pro illo: *ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων*, erit positus.

Cap. 8. *Ὅτως ὄργῃ εἶχον οἱ πλείους τοὺς Ἀθηναίους* —. Quatuordecim codicum lectio: *οἱ πλείους τοὺς Ἀθηναίους* — etiam a Kistemakero ut vera et Thucydidi magis consueta iure praefertur. Ita etiam capite sequenti: *πλείους* legitur.

Cap. 10. *Περὶ ἡγέλλον κατὰ τὴν Πελοπόννησον καὶ τὴν ἔξω ξυμμαχίδα στρατιαν παρασκευάζεσθαι ταῖς πόλεσι, τὰ τε ἐπιτήδεια* — Nouem codices legunt: *τὴν ἔξω ξυμμαχίαν* —. Etiam Valla eandem lectionem in libris suis inuenisse videtur. Nam vertit: *edixerunt sociis intra atque extra Peloponnesum*. In fine capituli antecedentis modo legebatur: *ξυμμαχία μὲν αὕτη ἐκατέρων — ἦν — pro: ξύμμαχοι μὲν οὗτοι* —. Puto igitur admittendam esse h. l. veram lectionem: *τὴν ἔξω ξυμμαχίαν*. Ut vero illud: *τε* ante: *ἐπιτήδεια* aliquid habeat, quo referatur, in antecedentibus, eadem particula: *τε* inserta, legendum censeo: *παρασκευάζεσθαι τε ταῖς πόλεσι* —. In ultimis verbis: *καὶ ἀξιολογοτάτους παρεῖναι, τοιάδε ἔλεξε* — cum Stephano quinque librorum Marg. Ar. C. Dan. Vindob. lectionem magis consuetam: *καὶ ἀξιωτάτους παρεῖναι* — praefero. Gailius doctissimus nullam plane lectionis varietatem de hoc vocabulo adnotauit. Quod sane mirum est, cum etiam Valla iam hanc lectionem: *ἀξιωτάτους* in sua interpretatione Latina expresserit: *maximeque digni, qui adessent*.

Cap. 11. *Καὶ ἡμῶν αὐτῶν οἱ πρεσβύτεροι οὐκ ἄπειροι* —. Decem codices mutato ordine legunt: *καὶ αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι* —. Quae lectio non est reiicienda, quia modo praecesserat: *οἱ πατέρες ἡμῶν* —. Quare cum vi quadam illi: *ἡμῶν* iam repetito praemittitur: *αὐτῶν* —. In verbis: *οὐκ οὖν χωρὶ — τούτων ἕνεκα ἀμελέστερον τε παρασκευασμένους χωρεῖν* — quindecim codicum lectionem: *τούτων ἕνεκα ἀμελέστερον* — praeferre debemus. Etiam Valla legisse: *τούτων* videtur, quia vertit: *Idcirco aliquid de apparatu belli remittatur*. — Ita etiam in verbis huius capituli: *τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρασκευασθαι* — Vallae liber et Vindob. cum aliis sexdecim codd. legere iubent: *δεδιότας παρασκευάζεσθαι*. Valla vertit: *cum metu se praeparare*. Quae lectio haud dubie est aptior et antecedenti: *στρατεύειν* bene respondet. — Denique in verbis: *ἔπειθ' ὅποι ἂν τις ἡγήται* — undecim codices lectionem meliorem: *ὅπη ἂν τις ἡγήται* — suadent. Apud Homerum apte vocula: *ὅπη* respondet illi: *τῆ*, ut Iliad. μ, 48: *ὅπη τ' ἰθύση, τῆ τ' εἰκουσι* —. Etiam Dukerus in Lexico Thucyd. pluribus scriptorum Graecorum exemplis illud: *ὅπη* illustravit. Ita etiam adfuit lib. I, cap. 52: *ὅπη κομισθήσονται, et*

multorum librorum auctoritate infra lib. III, cap. 112 legendum est: ὅπη τράπωνται. Inprimis vero etiam illud: ὅπη ἄν —, quod in nostro loco occurrit. Hoogeveenus in opere suo: De particulis Graecis, egregie multorum scriptorum exemplis illustravit. Quare non audendus est Stephanus, qui et h. l. et alibi in Thucydide legere iubet: ὅποι.

Cap. 12. Καὶ ἐκέλευον — ἀναχωρήσαντες ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἣν τι βούλωνται, πρὸς βενεσθαι —. Verissima est lectio quinque codicum Pariss. ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα —, quam vel ipsae Grammaticae regulae postulant. — In verbis: ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὄροις ἐγένετο καὶ ἔμελλε διαλύεσθαι — tredecim codices scribunt: ἔμελλε διαλύεσθαι. Cum utraque dicendi ratio defendi posset, praevalere debet plurium codicum auctoritas.

Cap. 13. Προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅτι Ἀρχίδαμος μὲν οἱ ξένος εἶη, οὐ μόντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένοιο —. Haec verba mihi non satis inter se connexa esse videntur. Forte Thucydides scripserat: ὅτι Ἀρχίδαμος, ὃς μὲν οἱ ξένος εἶη —. Archidamum, qui suus sit hospes, non talem malo civitatis esse futurum. — In verbis: ἐς τε τὴν μάχην μὴ ἐπεξίεναι, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐσελθόντας φυλάσσειν — duodecim codices omitunt: τὴν ante: μάχην, quod, quia etiam in aliis locis saepe omittitur, codicum auctoritate est eiciendum.

Cap. 15. Ἴδρονται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ἀρχαῖα ταύτη —. Quindecim codices elegantiore verborum ordine legere iubent: ἱερὰ ταύτη ἀρχαῖα —. In verbis: τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων — probabilem Dukeri coniecturam ex Hesychio prolatam, ut legatur: οὕτω κατασκευασάντων — tres codd. Pariss, egregie confirmant. Alii duo Pariss. legunt: κατασκευασθέντων —, in qua quidem falsa lectione saltem particula: κατὰ huic verbo est adiecta. Aliorum codicum lectio: κελυσάντων haud dubie ex interpretamento librariorum est orta.

Cap. 19. Οὐκ ἰδύνατο εἶναι, οἳ τε Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἐπεκηρυκείοντο —. Mihi verisimile esse videtur, Thucydidem olim scripsisse: οἳ γε Ἀθηναῖοι —. In verbis: χωρίον μέγιστον τῆς Ἀτικῆς τῶν δήμων καλουμένων. καὶ καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ — non negligenda est sex codicum lectio: χῶρον μέγιστον —, sicut etiam in capite sequenti

legitur: *ἀμα μὲν γὰρ αὐτῷ ὁ χώρος ἐπιτηδεύς ἐφαίνετο* — lidem libri deinde cum duobus aliis codd. etiam legunt: *καθεζόμενοι ἐς αὐτὸν* —, quae lectio aperte respicit: *χώρον μέγιστον* — et cum priori digna est, quae recipiatur.

Cap. 20. *Ἀμα δὲ καὶ οἱ Ἀχαρνῆς, μέγα μέρος ὄντες* —. Nouem codices scriptura Thucydidi magis consue-
ta et hoc loco et capite sequenti legere iubent: *Ἀχαρνεῖς*. — In verbis: *τὸ, τε πεδίον τεμεῖν καὶ ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν χωρησέσθαι* — eicienda est particula: *τε* ante *πεδίον* quatuordecim codicum auctoritate, et pro: *ἐς αὐτὴν* edendum est: *πρὸς αὐτὴν*, ut iam totus ille locus ita emendatus legatur: *τὸ πεδίον τεμεῖν καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν* —. Particula: *ἐς* h. l. male inserta est a librariis, cum toties in hoc capite occurrat. Lectionem: *πρὸς* cum Vindob. et Valla simul etiam alii tredecim codices tuentur. Valla vertit: *et ad ipsam urbem accedi* —.

Cap. 21. *Διὸ δὲ καὶ ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης* —. Longe aptior ideoque admittenda est decem codicum lectio: *διὸ δὴ καὶ* —. In verbis: *ἀλλ' αὐτοῖς, ὡς εἰκός, τῆς γῆς τεμνομένης* — sexdecim codicum auctoritate eicitur vocula: *τῆς*; quae sane dicendi ratione in Thucydide obuia abesse potest. — In verbis: *ὣν ἀκροῦσθαι ὡς ἕκαστος ὄρητο* — longe magis mihi placet cum Dukero sex librorum Cl. Mosqu. Cass. Reg. Aug. et unius Paris. lectio: *ὡς ἕκαστος ὄρητο* —, ut ita optime superstitiosorum vehemens cupiditas ex vatibus futura audiendi indicetur. — In ultimis verbis: *ἀλλ' ἐνάκιζον, ὅτι στρατηγὸς ὢν, οὐκ ἐπεξάγοι αἰτίων τε σφίσι ἐρόμιζον* — mihi quidem particula: *τε* post: *ἐνάκιζον* excidisse videtur, ut ita respondeat alteri particulae: *τε* post: *αἰτίων*. Forte iam Valla legerat: *ἐνάκιζον τε, ὅτι* —. Nam vertit: *conuulsiabantur etiam* —. Contraria ratione, cap. 30, in verbis: *ἐπὶ τε Κεφαλληνίαν τὴν νῆσον* — legere malim: *ἐπὶ δὲ Κεφαλληνίαν* —.

Cap. 22. *Μέχρις οὐ προσβोधησάντων τοῖς Βοιωτοῖς τῶν ὀπλιτῶν* —. Consuetudine Thucydidis legendum est cum quinque codicibus: *μέχρι οὐ* —. Vid. dicta ad lib. IV, c. 4. Etiam lib. II, c. 51, in verbis: *μέχρις οὐ Νίσαια ἐάλω* — trium codd. auctoritate nititur lectio melior: *μέχρι οὐ* —.

Cap. 24. *Τοῖς τε μετ' αὐτῶν ἐξαιρέτους ἐκατόν ἐποίη-*

σαντο —. Octo codicum auctoritate verborum ordo ita mutari debet: μετ' αὐτῶν ἑκατὸν ἐξαιρέτους ἐποίησαντο —.

Cap. 26. Καὶ ἐν Ἀλώπῃ τοὺς βοηθήσαντας Λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησεν —. Etiam Vindob. cum Cass. Ar. C. sicut Homerus, Hesychius, Stephanus Byzantinus alii-que, confirmant lectionem magis veram: καὶ ἐν Ἀλώπῃ τοὺς —. Eandem scribendi rationem etiam falsa lectio codicis Dan.: Ἀλόπη indicat. De codd. Pariss. plane nihil adnotatum reperitur.

Cap. 29. Πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμπειν στρατιὰν Θρακίαν Ἀθηναίοις —. Plurimi codices legunt: πέμψειν στρατιὰν —, atque etiam falsae lectiones: μέμψειν et: πέμψαν ad hanc lectionem: πέμψειν, confirmandam conducunt. Quare non negligenda esse videtur haec lectio, quamvis sit minus consueta. Nam illi futuro: πέμψειν inesse videtur promissio a Sitalce, Nymphodori opera facta, se fore paratum ad exercitum auxilio mittendum Atheniensibus, si illo indigerent. Nam vere ab illo hunc Thracum exercitum auxilio esse missum, non constat.

Cap. 30. Καὶ παραδιδόασιν Παλιρεῦσι Ἀκαρνάνων μόνοις τὴν γῆν —. Octo codices legunt: Παλαίρεῦσιν —, quae vera est huius urbis: Παλαίρος incolarum scriptura, sicut Strabo lib. X. testatur.

Cap. 31. Ἐτυχον γὰρ ἤδη ἐν Αἰγίνῃ ὄντες —. Particulam: ἤδη h. l. interpretamentis librorum adnumero, qua facile supersedere possumus. Deest illud: ἤδη in codicibus Cl. Cass. Aug. Mosqu. et tribus Pariss. Etiam Scholiastes ignorat hanc particulam. Nam caput Scholii est: ἔτυχον γὰρ ἐν Αἰγίνῃ. Neque etiam Valla legisse hanc particulam videtur. Nam vertit: *Apud Aeginam autem tunc erant.* Illud: *tunc* refero tantum ad interpretationem verbi: ἔτυχον. — In verbis: ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ ὕστερον — non tantum unciniā includenda, sed plane eiicienda est vocula: πολλαί. Nam codices Vindob. Bas. Mosqu. Cass. Reg. Cl. Gr. quinque Pariss. et Vallae liber eam ignorant. Neque hac vocula opus est, quia adiecta vocabula: κατὰ ἔτος ἕκαστον — iam idem indicant.

Cap. 32. Μετὰ τὴν τῶν Πελοποννησίων ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναχώρησιν —. Articulus: τὴν, qui olim omittebatur, omnium fere codicum auctoritate est adiectus. Sed

illud: τῶν sex cōdices ignorant neque in hoc loco, ubi tam frequens occurrit articulus, desiderabitur.

Cap. 53. Ἄνδρας τε ἀποβάλλουσι σφῶν αὐτῶν, ἐπιθεμένων ἀπροσδοκῆτος τῶν Κρανίων. Memoratu dignissime neque reiicienda est octo codicum Cass. Gr. Mosqu. Aug. et quatuor Parisi. lectio: ἐπιθεμένων ἀπροσδοκῆτοις τῶν Κρανίων. Haud dubie elegantior est haec dicendi ratio atque etiam alibi Thucydides hoc sensu vocabulum: ἀπροσδοκῆτος adhibuit. Lib. VI, c. 69 legitur: οἱ δὲ Συρακοῦσοι ἀπροσδοκῆτοι μὲν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἦσαν οἷς ἤδη μαγυόμενοι —. Ad eandem lectionem: ἀπροσδοκῆτοις etiam alii cōdices respiciunt. Ita cod. Bas. habet: ἀπροσδοκῆτον, et Cl.: ἀπροσδοκῆτους. — In antecedentibus verbis pro vulgata lectione: τεσσαράκοντα ναυσὶ Valla in cōdice suo legisse videtur: πενήκοντα ναυσὶ. Nam vertit: *quingenta nauibus*. Nulla tamen lectionum varietas in reliquis libris h. l. est adnotata.

Cap. 34. Ἐκεδὸν δὲ [καὶ] ἢ ἐκφορὰ ἦ —. Cum Vindob. adhuc alii septemdecim cōdices ignorant particulam: καὶ, plane superfluum; quare non amplius est retinenda. Eodem modo etiam in verbis: ἐνεσσι δὲ καὶ τὰ ὄστᾶ, ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς — particula: καὶ non apto loco est posita et haud dubie a librariis nonnullis adsuta, quam quoque decem cōdices, Cl. Gr. Cass. Aug. Mosqu. et quinque Parisi. omiserunt. — In verbis: δοκῆ μὴ ἀξυνετος εἶναι καὶ ἀξιώματι προήκη — plurimi cōdices, Vindob. Marg. Cl. Gr. Cass. Aug. Mosqu. Basil. et sex Parisi. pro illo: ἀξιώματι legere iubent: ἀξιώσσει προήκη. Ita idem vocabulum infra cap. 37, in verbis: κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, οἷς ἕκαστος ἐν τῷ εὐδοκίμῳ — et aliis locis usurpatur.

Cap. 35. Ἐμοὶ δ' ἂν ἀρκοῦν εἶδοκε εἶναι —. Cum Scholiasta et undecim cōdicum auctoritate scribendum est: ἐμοὶ δὲ ἀρκοῦν ἂν εἶδοκε —.

Cap. 36. Πρέπον δὲ ἔμα ἐν τῷ τοιούτῳ τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης δίδοσθαι —. Magis mihi placet sex cōdicum lectio: τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης. Nam maior vis inest lectioni: ταύτης, *talis memoriae (laude plenae) honorem*.

Cap. 37. Παράδειγμα δὲ αὐτοὶ μᾶλλον ὄντες τιῶν, ἢ μιμούμενοι ἑτέροισ. Pro: τιῶν haud dubie legendum est: τινῶν, sicut iam Stephanus censuit, quia talis dicendi

ratio magis consueta sit Thucydidi. Eadem observatio me retinuit, quo minus lib. VIII, c. 76, in verbis: *καὶ εἴ τινα τῶν τριηράρχων ὑπώπτευον* — lectionem octo codicum: *εἴ τις τῶν* — recipiendam esse censerem. Conf. dicta ad lib. I, c. 23 et c. 57. Lectionem: *τινὶ* codices Bas. Aug. Reg. Cass. Cl. Gr. unus Paris. atque etiam Valla tuentur. Nam Valla vertit: *Ipsi potius alteri exemplar* —. Praeterea plurimi codices mutato ordine verba prima legere iubent: *δὲ μᾶλλον αὐτοῖ ὄντες* —.

Cap. 40. *Πλοῦτῳ τε ἔργου μᾶλλον ἐν καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα*. Bauerus doctissimus sequitur Scholiastae et Vallae sententiam et verba: *ἔργου ἐν καιρῷ*, sensu cohaerere censet. Mihi vero Gottleberi praestantissimi interpretatio magis placet, qui verba: *πλοῦτῳ ἔργου* inter se coniungit. Nam aperte: *λόγος* vocabulo: *ἔργου* etiam in aliis scriptorum locis opponitur, et verbo: *πλοῦτος* illud: *κόμπος* respondet. *Πλοῦτος ἔργου* nihil aliud indicat, quam labores sumtuosos, in quibus perficiendis non sumtibus parcitur quam plurimis. Simili ratione capite 41. *λόγων κόμπος* et *ἔργων ἀλήθεια* opponuntur. In multis quidem codicibus deest particula: *ἐν* ante vocabulum: *καιρῷ*. Quia tamen Scholiastes eam particulam legisse videtur atque ea in nonnullis saltem superest codicibus, non h. l. videtur esse omissenda, quamvis illius omissio non huius loci sensum mutaret neque dicendi consuetudini esset contraria.

Cap. 41. *Ἐυνελόν τε λέγω, τὴν τε πᾶσαν πόλιν* —. Mihi non est verisimile, Thucydidem ita frequentasse particulam: *τε* hoc loco, ut plane non inter se cohaereat. Quare puto, legendum esse: *ἔυνελόντι λέγω, τὴν τε πᾶσαν* —. Nam constat optimorum scriptorum testimoniis, quam saepe apud illos locutio elliptica: *ἔυνελόντι* (sc. *λόγῳ*) *εἰπεῖν* s. *λέγειν* occurrat. — In verbis: *τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλείστ' εἶδη* — plurimorum codicum, etiam Vindob. et Scholiastae consensus postulat, ut legatur: *ἐπὶ πλείστ' ἂν εἶδη* —. Nam satis constat, particulam: *ἂν* non sine apto sensu cuilibet loco quidem proprio saepius in uno eodemque membro repeti posse. Hoc loco etiam orator coniecturam suam de Atheniensibus, quales in posterum, quamquam incertum erat, futuri sint, apte repetitae particulae: *ἂν* adnectit. — In verbis: *τῷ πολέμῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν*

ἔχει — verissimam habeo Dukerī et Baueri interpretatiōnem, ut: *ἔχει* pro: *παρέχει* positum censeamus. Cui explicationi quoque Scholiastes favere videtur et Vigorī editores in eius libro de Graecae linguae idiotismis iam satis confirmarunt exemplis, quam saepe: *ἔχω* pro *παρέχειν* apud Graecos scriptores occurrat. — In verbis denique: *τῶν δ' ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἢ ἀλήθειαν βλάβει* consuetam Thucydidi breuiloquentiam deprehendo. Kistemakeras censet quidem in parenthesi haec verba esse posita. Sed eius sententiae tamen hoc obesse videtur, quod verba: *τῶν δ' ἔργων* — aperte ad antecedentia: *ἔπεισο μὲν* — respiciunt. Puto igitur, ad verba: *τῶν δ' ἔργων* — ex antecedenti: *ὅστις* — supplendum atque intelligendum: *οὗ seu: ὅτου* — cuius vero opinionem de praecedere factis excitatam ipsa rerum gestarum veritas laedet et refutabit.

Cap. 42. *Τῶνδε δὲ οὔτε πλούτου τις τὴν εἰς ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίσθη.* Quamquam lectionem: *οὔτε πλούτω τις* — improbat Stephanus, quae occurrit in sexdecim codicibus, Marg. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Cass. Aug. et septem Parisiis, tamen haec lectio: *πλούτω*, tot codicum auctoritate confirmata, recipi debet et optime respondet in sequentibus simili dativo: *πενίας ἐλλείδει*. Mecum sentiunt etiam recentissimi huius scriptoris interpretes. — In verbis: *ἠβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοῦ μὲν τιμωρεῖσθαι* — negligendus esse videtur Atticismus codicum auctoritate et legendum: *ἔβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ* —, sicut non solum Dionysius Halicarn. sed etiam codices Bas. Cass. Gr. Aug. et duo Parisiis. exhibent. Similis codicum lectio occurrebat lib. I, c. 34 et c. 93. Ita etiam Thucydides non semper Atticorum more scripsit: *ἠδύνατο*. Quamvis enim ita edatur infra cap. 52, tamen septem codicum auctoritate ibi legendum censeo: *ἔδραπον δὲ ὡς ἕκαστος ἐδύνατο*. Sed ibi quoque nullam lectionis varietatem adnotavit Gallius celeberrimus. — Verba denique: *καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἠγησάμενοι ἢ τῷ ἐνδόντες δάσεσθαι* — ita explico, ut cum Scholiasta ad illud: *ἐν αὐτῷ* ex antecedentibus suppleam: *ἔργου* — et in illo: *τῷ ἐνδόντες* constructionem verborum mutatam putem, pro: *ἢ τῷ τῷ ἐνδοῦναι*. Qualis constructionis varietas saepe in Thucydide est obvia, cum imprimis participium saepe infinitivi loco a Graecis ponat-

tur. Ceterum simul cum Dionysio Halicarn. omnes fere codices h. l. postulant lectionem: τῷ ἀμύνεσθαι.

Cap. 44. Ἐν ἂν τις μὴ περιφασμένος ἀγαθῶν στερίσκηται. Iure Bauerus aptissimam multorum librorum lectionem; μη περιφασμένος ἀγαθῶν — praetulit, quam etiam Vindob. duo Pariss. et Vallae liber retinuerunt. Nam Valla vertit: nunquam potitur. — In verbis; ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ἄντων λήθη — duodecim codices alio verborum ordine; ἰδίᾳ γὰρ τε τῶν οὐκ — utuntur. Mihi quidem alienum illud: τε ab hoc loco esse videtur. Longe melius quadrat: ἰδίᾳ γὰρ δὲ τῶν — et ita initio quidem Thucydidem scripsisse censeo. — In verbis denique: καὶ τῇ πόλει διχόθεν ἐκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ ξυνοίσει amplector Dukeri sententiam, ut cum quatuordecim libris, Cl. Gr. Cass. Dan. Aug. Mosqu. Bas. Vindob. et sex Pariss. legatur: ἀσφαλείᾳ ξυνοίσει. Quae lectio amaret omnem interpretandi huius loci difficultatem.

Cap. 45. Φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον —. Gailius doctissimus emendavit: πρὸς τὸν ἀντίπαλον, nulla mentione de lectionis varietate in h. l. facta, cum tamen cod. Reg. inter Pariss. saltem cum quatuor aliis codd. legexit: πρὸς τὸ ἀντίπαλον. Praeter codd. non solum dicendi consuetudo Thucydidi propria defendit lectionem τὸ ἀντίπαλον, sed sequentia etiam huius loci verba: τὸ δὲ μὴ ἐμποδῶν, quae aperte illi: πρὸς τὸ ἀντίπαλον sunt opposita.

Cap. 46. Ἡ πόλις μέχρις ἕβης θάλασσα —. Lego quinque codicum auctoritate: μέχρις ἕβης, sicut docet Thucydides scribere. Conf. dicta ad lib. II, c. 22, et lib. IV, c. 4.

Cap. 49. Αὐγὴ κε τοῖς πλείοσιν ἐπέπεσε κενή —. Plurimi libri legunt: ἐπέπεσε κενή. — quod iure praetulit Gailius. Nam ille aoristus h. l. simul verbum: solere inuoluit et ita apte cum reliquis imperfectis coniungitur. Sed alium locum, quam ante: κενή, non adsignassem cum Gailio huic vocabulo, quia codd. consensus refragatur. — In verbis: τὰ δὲ ἐκτὸς αὐταῖς ἐκάετο, ὥστε μήτε — quatuor codicum, Cass. Mosqu. Aug. et unius cod. Pariss. lectionem magis Atticam: οὐτῶς ἐκάετο — cum Dukero praeferendam esse censeo. — In verbis: ἀπύστοι τῇ δόψῃ ξυνεχόμενοι — mutatum verborum ordi-

nem; τῆ δόξη ἀπάνστω — plurimi codices postulant. — In verbis: οἱ πολλοὶ ὕστερον δὲ αὐτὴν ἀσθενεῖα διεφθείροντο — undecim codices legunt: ἀσθενεῖα ἀπεφθείροντο — . Quae lectio multo minus est negligenda, quia modo praecesserat: ὥστε ἢ διεφθείροντο — . Nam constat verborum variorum inopia non laborare Thucydidem. — Denique pro verbis: κατέσκηπτε γὰρ καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα — plurimorum codicum auctoritate legendum esse videtur: κατέσκηπτε γὰρ ἐς αἰδοῖα — . Nam omnes fere libri ignorant voculam: τὰ, atque in optimis codicibus etiam copula: καὶ deest.

Cap. 51. Ἐν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν — Plurimi libri legunt: ἐν τε οὐδὲ ἐν κατέστη —, quod, quia magis Atticum est, cum Kistemakero praeferrendum censeo. Quia vero illud: ἐν simul adiectum est huic: οὐδὲ ἐν et superfluum esse videtur, cum tamen horum verborum vim augeat: *ne incivium quidem medicamentum*, non sine causa Scholiastes hanc dicendi rationem adpellat: τὸ σχῆμα καινοπροπέε.

Cap. 53. Ὁ, τε δὲ ἦδει τε ἦδὺ καὶ πανταχόθεν τὸ ἐς αὐτὸν κερδαλέον — . Gottleberus iure edere voluit: τὸ ἐς αὐτὸ κερδαλέον —, sed nondum recepta est haec lectio in editionibus recentissimis. Cum Vindob. etiam Ar. Cl. C. Gr. Dan. Reg. Cass. Aug. Ald. Flor. Bas. et adhuc tres Pariss. hanc lectionem tuentur. Ita etiam Kistemakerus legere iussit. Tamen mihi non placet Kistemakeri explicatio, qui illud: ἐς αὐτὸ vertit: *in praesens*. Malim illud: ἐς αὐτὸ referre ad antecedens: ἦδὺ, *et quod quisque ad hanc voluptatem utile sciebat*. — In verbis: τὰ μὲν, κρινόντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σίβειν καὶ μὴ — τῶνδε ἀμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ — puto illud: τῶνδε — mutandum esse in: τὸ δὲ, ἀμαρτημάτων —, ut antecedenti: τὸ μὲν — respondeat: τὸ δὲ — *partim, partim* — . Iam Bauerus doctissimus talem suadebat emendationem, ut ex eius verbis ad huius loci explicationem prolati conilicere licet.

Cap. 54. Ὁ, τε καὶ ἄξιον εἰπεῖν — . Cum Scholiasta adhuc decem codd. legere alio verborum ordine iubent: ὁ, τε ἄξιον καὶ εἰπεῖν — .

Cap. 57. Ὅσον δὲ χρόνον οὐ τε Πελοποννήσιοι ἦσαν ἐν τῇ γῆ τῶν Ἀθηναίων — . Vera lectio huius loci esse videtur: Ὅσον τε χρόνον οἱ Πελοποννήσιοι ἦσαν ἐν

τῆ γῆ τῆ Ἀθηναίων — Illud: ἄσον τε — exhibent sex codices. Particulae: τε ante: Πελοποννήσιον omittunt nouem codices, et lectionem: τῆ γῆ τῆ Ἀθηναίων — quae nouem codices confirmant.

Cap. 59. Καὶ παρελθὼν ἔλεξε τοιαύδε. Codicum auctoritate haud dubie edendum est: παρελθὼν δὲ ἔλεξε —, sicut etiam Kistemakerus suasisit. Nam in decem codd. deest copula: καί. Loco illius copulae autem octo codices legunt: παρελθὼν δὲ —.

Cap. 60. Ὅς οὐδενὸς ἦσσαν οἴομαι εἶναι —. Elegantiore verborum ordine Scholiastes cum decem codd., non improbante Wassio, legit: οὐδενὸς οἴομαι ἦσσαν εἶναι —. In verbis: ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη — etiam septem codices meliorem verborum ordinem: ἐν ἴσῳ καὶ, εἰ μὴ ἐνεθυμήθη — suadent. Denique in verbis ultimis: αὐκῶν ἂν εἰκότως νῦν γε τοῦ ἀδικεῖν αἰτίαν φερόμενην — tredecim libri etiam mutare verborum ordinem iubent, ut particulis minus connexis legatur: νῦν τοῦ γε ἀδικεῖν —.

Cap. 61. Ὁ ὑμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις — γεγένηται —. Cum Valla octo codices legunt: ὃ ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις —. Valla enim vertit: id, quod nobis eum circa alia — usu venit. — Praefero hanc lectionem, quia magis mitigat Periclis ciues suos reprehendentis sententiam.

Cap. 62. Καὶ προσέτι διασώσαντες παρέδωσαν ἡμῖν αὐτά —. Quindecim libri legunt: παρέδωσαν ὑμῖν αὐτά —. Modestiae Periclis, qui non sibi, sed ciuibus suis, ciuitatem tam potentem a maioribus esse traditam adfirmat, haec lectio: ὑμῖν magis est accommodata.

Cap. 64. Ἐπιγεγένηται τε, πέρα ὧν προσεδεχόμεθα, εἰ νόσος ἦδε —. Gailius quidem doctissimus renouauit lectionem vulgatam: ἐπεὶ γεγένηται. Sed mihi magis placet illa Gottleberi subtilissimi emendatio: ἐπιγεγένηται —, quae aptum admittit sensum, quae multorum codicum consensu nititur et meliorem quoque coniunctionem particulis; τε et; καὶ in verbis: ἐπιγεγένηται τε — et; καὶ δὲ αὐτήν — conciliat.

Cap. 65. Ἐπειράτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς τε ἐς αὐτὸν ὁργῆς παραλύειν. Ita Gottleberus doctissimus ex Valckenarii sententia et trium codicum auctoritate edidit. Mihi tamen nondum satis certa esse videtur haec emendatio, cum reliqui codices magno numero adhuc defendant

lectionem olim receptam: τῆς τε ἐπ' αὐτὸν ἀργῆς — atque eandem quoque Scholiastes tueatur. Quodsi vero de illa observatione arguari velimus, particulam: ἐπὶ inprimis apud Atticos significare: *contra*, si verbis motum ad locum quendam significantibus adiciatur, certe ea non obest huic loco, cum Athenienses tunc temporis ira pleni contra Periclem communia de eo lacessendō et puniendo consilia agitent. — In verbis: ὧν δὲ ἡ ξύμπασα πόλις προσεδεῖτο — elegantior et Thucydidi magis consuetus verborum ordo: ὧν δὲ ξύμπασα ἢ πόλις — nonnem codicum auctoritate defenditur. — In verbis: ἐπειδὴ τε ὁ πόλεμος κατέστη — undecim codd. suadent lectionem: ἐπεὶ τε ὁ πόλεμος —. Quod eo facilius potest admitti, quia statim eadem particula: ἐπειδὴ adicitur in verbis: καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν —. Pro illo: ἐγγυετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ — Thucydides scripsisse videtur: ἐγγυετό γ' εὖ λόγῳ μὲν —. In verbis autem: ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περὶ τῆς τοῦ δήμου προστασίας — Stephani suasu inprimis retenta est lectio: διαφορὰς —, cum tamen vetus eius codex cum Gr. Cl. Mosqu. Aug. et sex Pariss. legere iubeant: τὰς ἰδίας διαβολὰς — propter calumnias ab ipsis contra se inuicem de imperio in populum exercendo excogitatas. Equidem censeo, non iure reiectam esse lectionem: διαβολὰς —, cum tota oratio contexta et ipsa illorum temporum historia nos cogant illas inprimis calumnias contra Alcibiadem ab eius inimicis prolatas respicere, de quibus agitur lib. VI, c. 29 et aliis locis, et quibus, cum ad Spartanos aufugeret Alcibiades, tam infelix exitus bello contra Syracusanos gesto et toti Atticæ ingens maiorum Ilias parabatur. Altera igitur lectio minus verisimilis: διαφορὰς — ex verbis Thucydidis in sequentibus statim adiectis: κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περιπετόντες —, ubi in universum de dissidiis civium internis agit, orta esse videtur. Non verisimile est, Thucydidem, cui tanta verborum copia est propria, mox eadem verba in diversa narratione repetiisse. Satis autem constat, inter Athenienses nihil frequentius ad viros principes omni auctoritate priuandos esse adhibitum, quam turpes inimicorum calumnias, contra illos in populi mutabilis concione prolatas. — Denique in verbis: τοῦ ναυτικοῦ τῶ πλείονι μορίῳ — lego quinque librorum consensu: τῶ πλείοντι

μορις — et in verbis: τῶν ἐυμαχῶν ἔτι τοῖς πλείοσι
etiam amplector octo codd. lectionem: τοῖς πλείοσι.
Ita enim postulat scribendi consuetudo in Thucydide
obvia. Conf. dicta ad lib. II, cap. 8.

Cap. 67. Λέειρος ὁ Καλλιμάχου, καὶ Ἀμεινιάδης ὁ
Φιλήμονος παρὰ τῷ Σιτάληϊ —. Plurimi codices omittunt
articulum; ὁ ante duo vocabula: Καλλιμάχου et: Φιλή-
μονος. Neque negari potest, interdum articulum in tali
verborum nexu a Graecis scriptoribus omitti. Quare
non negligendus est h. l. tot codicum consensus. In
editione Gallii ante: ἐκέλευσεν ἐκείνους παραδοῦναι — de-
est copula: καὶ ante; ἐκέλευσεν, quam ad plenum huius
loci sensum necessariam esse puto.

Cap. 68. Διδόσων ἑαυτοὺς Ἀναγνάσκει καὶ προσκαλέ-
σαντο ἀμφοτέρωι Ἀθηναίους —. Aptissima est codd. Ar. C.
Ald. Marg. Flox. Bas. G. Gr. Dan. Cass. Aug. et quatuor
Pariss. lectio; καὶ προσπαρικυλέσαντες ἀμφοτέρωι —
et digna, quae recipiatur. Particula: καὶ, quae h. l. notat:
etiam, huic lectioni obesse non potest. Etiam duo
codd. Pariss. qui exhibent: καὶ προσκαλέσαντες, ad illam
codicum lectionem magis confirmandam conferunt.

Cap. 70. Ἀναλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως διαχίλια τό-
λанта ἐς τὴν πολιορκίαν —. Articulum: τὴν octo codi-
ces omittunt. Quem tamen, nisi plurimum codicum au-
ctoritas accesserit, adhuc retinendum esse puto. — In
verbis: ἐξῆλθον ἐς τε τὴν Χαλκιδικὴν — novem codd. le-
gunt: ἐπὶ τὴν Χαλκιδικὴν —. Quae lectio non sine cau-
sa a Wassio probatur. Nam indicat illud: ἐπὶ, eos, ver-
sus agrum Chalcidicum iter suscepisse, qua parte quis-
que potuerit. — In verbis: ἐνόμιζαν γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς
πόλεως, ἢ ἐβούλοντο — ad marginem cod. Dan. legitur:
εἰ ἐβούλοντο —. Ita etiam legit Valla, quia veritit: si
voluissent. Negari non potest, hanc lectionem; εἰ esse
huic loco aptissimam. — In capite sequenti 71, ubi
legitur: στρατεῦσαι τε μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ' αὐτοὺς, μήθ'
ἐπὶ δουλείᾳ —, forte scripserat Thucydides: μήτ' ἐπὶ δου-
λείᾳ —, quia antecesserat: στρατεῦσαι τε —. Saepe enim
librarii particulam: μηδέ et; μητε permutarunt, sicut
etiam in eodem capite pro: οὐδ' ἄξια in Dionysio Ha-
lic. ubi hunc locum excerpit, male legitur: οὐτ' ἄξια.

Cap. 72. Ἀρχίδαμος ὑπολαβὼν εἶπεν. Sequor sex
codd. Pariss. lectionem: ὑπολαβὼν εἶπε —. In verbis:

καὶ τὸδε ἡμῶν ἀρεσκαι — cum Ristemakero magis convenientem orationi contextae puto esse lectionem: ἡμῶν ἀρεσκαι —, sicut Dionysius Halic. Valla, cod. Marg. Vindob. Dap. et tres Paris. legerunt. — In verbis: οἰκίας παραδοτε ἡμῶν ταῖς Λακεδαιμονίοις — elegantioreni verborum ordinem exhibent codices C. Cass. Gr. et septem Paris. οἰκίας ἡμῶν παραδοτε τοῖς Λακεδαιμονίοις —. In verbis: ἡμισιὸν δὲ παρήλθη, ἀποδώσωμεν. μέχρι δὲ τοῦ δὲ ἔξομεν παρακαταθήκην — tredecim codicum auctoritates, Dionysii Halicarn. et Vallae consensus cogunt nos ita emendare hunc locum: ἀποδώσωμεν ὑμῶν, ἃ ἂν παραλάβωμεν. μέχρι δὲ τοῦδε ἔξομεν —. Quae omnia huic loco sunt aptissima.

Cap. 73. Ἀθηναῖοι φασὶ ἐν οὐδαὶ ἡμᾶς προέσθαι —. Melius quadrat: ὑμᾶς προέσθαι —, quia legati redactes facti civibus suis, quae egerint et sibi mandata sint, renuntiant. Ita, vero cum Valla legant cod. Cl. et sex Paris. — Valla vertit: Neque — inquit Athenienses, se permississe vobis iniuriam fieri.

Cap. 76. Ἐκ τοῦ ἐντὸς ἐς τὴν πόλιν μηχανίδες προσσηκόμενοι. Mutata verborum ordine secundum plurimorum codicum auctoritatem legendum est: ἐκ τοῦ ἐντὸς μηχανίδες ἐς τὴν πόλιν προσσηκόμενοι. — In verbis: ὑπὲρ τοῦ τείχους, ἀνεκλύσαντες ἐγκαρσίως — similis codicum plurimorum consensus, quibus etiam Vindob. et Vallae liber sunt adnumerandi, postulat, ut edatur: ἀνεκλύσαντες ἐγκαρσίως —. Cum illud ad: θαλάσσης μεγάλης sit referendam, haud dubia aptior horum verborum sensus existit, ut ea de trabibus transveris ex muro demissis intelligantur. Verum est quidem, in vocabulo: ἐγκαρσίως etiam occurrere terminationem: ος feminino genere usurpatam. Sed in aliis etiam adiectivis utroque modo diversi scriptores et communi genere terminationem; ος usurpant et aliam quoque feminini generis adhibent flexionem. Gaius doctissimus tamen de illa tacet lectionis varietate in vocabulo: ἐγκαρσίως obvia, quamvis etiam cod. Regius legerit: ἐγκαρσίως.

Cap. 78. Μέρος μὲν τι καταλιπόντες τοῦ στρατοῦ, τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες, περιτείχισον τὴν πόλιν —. Duodecim codices legere iubent: καταλιπόντες τοῦ στρατοπέδου. Nam constat, in Herodoti et Thucydidi scriptis vocabulum: ἀποκατόπιδον etiam de exercitu usurpari.

Verba autem sequentia: τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες — non sine causa interpretamentis librariorum adnumeramus. Nam sunt inepta, quia in sequentibus demum de exercitu in varias urbes dimisso agitur. Stephanus, cum ea tantum superflua haberet, propterea pro illo: λοιπὸν legere mallebat: πλείον, quae lectio etiam in uno Paris, reperitur. Sed neque Scholiastes neque alii septem codices. Ar. C. Cl. Dan. Aug. Mosqu. et unus Paris. haec verba: τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες — attulerunt. Denique particula: μὲν in verbis: μέρος μὲν, si omissa sunt haec verba, apte potest ad sequentia: τάφρος δὲ ἐντός — referri. — In verbis: καὶ πλῆθος τὸ ἀρρεῖον τῶν ἀνθρώπων — memoratu dignissima est nouem codicum lectio: τὸ ἄχρηστον τῶν ἀνθρώπων —, quae parēem vulgatae lectioni sensum fundit.

Cap. 79. Προπεμφάντων δὲ ἐς Ὀλυθον τῶν μὴ ταῦτα βουλομένων —. Quatuordecim codices legunt: προςπεμψάντων —, quam lectionem quoque Dukerus praeferebat. Cum etiam sensus huius vocabuli: προσπεμπειν, mittere ad aliquem, loco nostro sit aptus, tot codicum consensum respicere non licet. Praeterea illam lectionem: τῶν οὐ ταῦτα βουλομένων —, quam sexdecim codices adferunt, recipere non dubitauerim, sicut etiam illud: ταυτὰ pro: ταῦτα non sine causa a Dukero, Gottlebero et Kistemakero praefertur. — In verbis: καθίστανται Ἀθηναῖοι ὑπ' αὐτῇ τῇ πόλει — nouem codices scribunt: καθίστανται οἱ Ἀθηναῖοι — et duodecim codices exhibent: πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει —, sicut etiam Valla, qui vertit: ante ipsam urbem, legisse videtur. Quare eam lectionem: καθίστανται οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς αὐτῇ τῇ — admittendam censeo. — In verbis: καὶ ὅτι πρότερον αὐχ ἤσσηντο — decem codices lectionem imperfecti temporis huic loco aptiorem admittere iubent: οὐχ ἤσσηντα —. In verbis: προσπιπύοντες ἢ δοκοῖ, ἐσέβαλλον — duodecim* codices legunt: προσέβαλλον pro illo: ἐσέβαλλον, neque negari potest, hoc verbum in tali narratione frequentari. Ita lib. III, cap. 3, legitur: προσέβαλλον εὐθύς καὶ ἐς χεῖρας ἤσαν. Quare vulgatae loco lectionem: προσέβαλλοσ — esse recipiendam arbitrōr. — Denique pro illo: ἅπαντες — in verbis: τετρακόσῳ καὶ οἱ στρατηγοὶ ἅπαντες — Kistemakerus cum

tredecim codicibus iure praefert lectionem: στρατηγὸς πάντες.

Cap. 80. Ὡν ἡγοῦντο ἐπ' ἐτησίῳ προστασίᾳ —. Sine dubitatione legendum est cum codd. Paris.: ἐπετησίῳ προστασίᾳ. Nam superflua esset h. l. particula: ἐπὶ, cum iam antecedit: ὧν ἡγοῦντο. Praeterea codicum fere omnium auctoritate nititur lectio: προστασίᾳ. — Eadem de causa nondum in verbis: ἐπίτροπος ὧν Θάρυπος τοῦ βασιλέως — sine ulla codicum auctoritate cum Gottlebero ederem: Θάρυπου, cum satis constet, quam varie nomina propria eorundem virorum a diuersis flectantur scriptoribus. — Simili ratione nondum in verbis: καὶ διὰ τῆς Ἀργείας ἰόντες Λυμναίαν — admitterem cum Gottlebero ingeniosam Palmerii coniecturam, librorum consensu destitutam, ut legatur propter locum lib. III, c. 106: τῆς Ἀργαίας. Nam Kistemakerus non sine causa censet, h. l. agrum Amphiloichicum ab hostibus occupatum intelligi, quem simul Argiui incolebant, ut docuit Thucydides lib. II, c. 68. Eiusdem terrae, quae ἡ Ἀργεία dicitur, etiam infra lib. III, c. 105 mentio est iniecta. — In ultimis denique verbis huius capituli: ἀφικνοῦνται τε ἐπὶ Στρατόν — verisimile est Thucydidem scripsisse: ἀφικνοῦνται δὲ ἐπὶ Στρατόν —, et pro illis: εἰ προαίτην ταύτην λάβοιεν, mutato verborum ordine, sicut plurimi codices postulant, legendum est: εἰ ταύτην προαίτην λάβοιεν —.

Cap. 81. Εἰ μὴ λόγῳ πείθοιεν, ἔργῳ πειρῶντο τοῦ τείχους —. Plurimorum codicum auctoritate legendum est: εἰ μὴ λόγοις πείθοιεν —. Ita scribitur lib. II, c. 140: βούληται δὲ πολέμῳ μᾶλλον ἢ λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι. In Gailii editione varia lectio: λόγοις (pro: λόγους) haud dubie typographi errore adfertur. — In verbis huius capituli: οὔτε ἐπέσχον τὸ στρατόπεδον καταλαβεῖν, χωρήσαντες τε ῥύμη μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων — primo quidem non sollicitandam puto lectionem: ἐπέσχον, quia h. l. non indicat: *retineri*, sed potius: *morari*. Sensus horum verborum est: *non morabantur tamdiu, donec locum castris cepissent*. Ita illud: ἐπέχειν, *morari*, apud Herodotum saepe occurrit. Ut lib. VI, c. 102. lib. VIII, c. 25. Porro lectionem: ῥύμη, quae librorum consensu destituitur, h. l. retinere nolim, quamuis illam Stephanus alio loco, cap. 76, defenderit, ubi omnes

fere codices: ῥύμη legant. Uterque locus plasse diuersam interpretationem admittit. Nam cap. 76. verba: ἡ δὲ ῥύμη ἐμπέπουσα — agunt de trabe, quae celeri motu et graui pondere deiecta arietis rostrum refringebat. Quare: ῥύμη proprie de celeri ponderosi corporis motu in illo loco usurpatur. Nostro loco autem de militibus fiducia plenis et propter fortitudinem ferocibus agitur. Quare vera lectio: χωρήσαντες τε ῥώμη, quam codices Vindob. Marg. Ar. C. Cl. Cass. Dan. Graeu. Aug. octo Paris. Ald. Flor. Bas. tuentur, nostro loco est praeferenda et denuo admittenda. Nam haec: χωρήσαντες τε ῥώμη — aperte opponuntur antecedentibus: διὰ φυλακῆς ἔχοντες, ἕως ἐστρατοπεθεύσαντο. Sicut autem ἀσθένεια non solum virium imbecillitatem, sed quandam quoque segnitiam inde ortam significat, (conf. Perizon. ad Aelianf Var. Hist. lib. IV, c. 8) ita quoque ῥώμη non solum robur corporis, sed fiduciam quoque et ferociam ex vegeto corpore ortam indicat, quae ad ea negligenda, quae caueri debent, nos saepe inducit. Quo sensu vocabulum: ῥώμη nostro loco aptissime ponitur, ubi nondum de celeri impetu in hostes facto, sed de militum ferocium et fiducia plenorum incessu agebatur.

Cap. 85. Ἐπλεον μὲν ὡς οὐκ ἐπὶ ναυμαχία —. Nonnem codicum auctoritate legendum est: ἐπλεον μὲν οὐχ ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν —. Ita aptiori sensu collocatae sunt particulae: οὐχ ὡς, et particula: ἐπὶ accusatio iuncta plerumque verba sequitur, quae ire significant, ut causa, propter quam iter suscipiamus, indicetur.

Cap. 84. Καὶ εἰώθει γίνεσθαι ἐπὶ τὴν ἔω —. Sex codices, Ar. C. Cl. Reg. Mosqu. Dan. lectionem magis consuetam: περὶ τὴν ἔω — adferunt et Thucydide non indignam. — In verbis: Καὶ τὰς ἄλλας, ἢ χωρήσειαν, διέφθειρον καὶ κατέστησαν — praeferam censeo cum Kistemakero undecim codicum lectionem: καὶ πάσας, ἢ χωρήσειαν —, quia aptius cum sequentibus: καὶ κατέστησαν, cohaeret, si colon post: διέφθειρον tollitur. Nam narratur, totam classem postea siue demersam esse siue in fugam conuersam. Uni certe naui praetoriae non bene aliarum nauium numerus, sed tota potius nauium classis opponitur.

Cap. 86. Διεχέτην δὲ ὑπὲρ ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἐπὶ τῆς θαλάσσης —. Vulgata lectio olim erat: διεχέτη

των — . Ita etiam sex codd. Pariss. legunt. De aliis codd. qui haud dubie etiam varias lectiones exhibent, nihil est adnotatum. Mihi persuasum est, Thucydidem olim scripsisse: *διέχετον δὲ ἀπ' ἀλλήλων* — . Nam situs horum duorum quidem promontiorum mutari non potuit et adhuc idem erat, quo tempore haec scripsit Thucydides. Quod igitur praesenti tempore indicari debuit. Literam: *ε* et: *ει* multis locis permutant librarii, ut Thucyd. lib. IV, c. 96: *καθιστήκει* et: *καθιστήκει*, lib. VI, c. 61: *περιστήκει* et: *περιστήκει* inter se permutantur.

Cap. 87. *Τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι* — . Sex codd. Pariss. et Cass. legunt: *τῆς ξυμφορᾶς τε τῷ ἀποβάντι* — . Unus vero Paris. et Mosqu. veram lectionem: *ξυμφορᾶς γε τῷ ἀποβάντι* — tuentur. Ita etiam antea est editum. Quare reuocanda est lectio vulgata: *ξυμφορᾶς γε τῷ ἀποβάντι* — .

Cap. 89. *Ἐπεὶ εὐψυχία γε οὐδὲν προφέρουσι τῷ δὲ ἐκότεροι τε ἐμπειρότεροι εἶναι, θρασύτεροι ἔσμεν. Λακεδαιμόνιοι τε ἡγούμενοι τῶν ξυμμάχων — προσάγουσι τοὺς πολλοὺς* — . Particula: *τε* post: *Λακεδαιμόνιοι* nihil habet, ad quod referatur. Puto etiam particulam: *δὲ* ante: *ἐκότεροι* — in particulam: *τε* esse mutandam, quia utramque particulam: *δὲ* et: *τε* centies librarii permutant. — Deinde in verbis: *τῶν ξυμμάχων* — plures codd. et edd. nempe Vindob. Marg. Bar. Ald. Flor. Bas. Steph. I, legunt: *αὐτῶν ξυμμάχων* — . Quodsi igitur illud: *αὐτῶν* syllabis diuisis: *αὐ τῶν ξυμμάχων*, qui iterum sociis praesunt, legimus, sicut etiam vere scriptum est in uno Paris., aptissima lectio inde oritur. Totum igitur locum ita edendum esse censeo: *ἐπεὶ εὐψυχία γε οὐδὲν προφέρουσι τῷ τε ἐκότεροι τε ἐμπειρότεροι εἶναι, θρασύτεροι ἔσμεν, Λακεδαιμόνιοι τε ἡγούμενοι αὐ τῶν ξυμμάχων* — . In verbis: *ἐπεὶ οὐκ ἂν ποτε ἐπεχειρήσαν* — *αὐθις ναυμαχεῖν* — haud dubie aptior et sensui horum verborum magis conueniens est Stobaei, Cl. Gr. trium Pariss. Aug. Marg. Ald. Cass. lectio: *οὐκ ἂν ποτε ἐπεχειρήσαν* — . Nam praeparabantur modo ad pugnam, sed eam nondum susceperant Peloponnesii. — In verbis: *καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἡγούντα, μὴ μέλλοντάς τε* — *ἀνθίστασθαι ἡμᾶς* — legendum est: *ἀνθίστασθαι ἡμᾶς* — . Non solum enim aptius est illud: *ἡμᾶς*, quia hoc vocabulo simul Phormio suae mentis consilia, quae tanquam dux

Atheniensium executurus erat, indicat, sed lectionem: ἡμᾶς quoque Scholiastes, Valla, Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. Mosqu. et quinque Pariss. defendunt. — In verbis: πρὸς πολλὰς ναῦς ἀνεπιστήμονας ὀλίγαις ναυσὶν ἐμπείροις καὶ ἄμεινον πλεούσαις — iam Kistemakerus iure prae tulit plurimorum codd. et edd. Marg. Cam. Cl. Gr. Cass. Aug. Ald. Vind. et quinque Pariss. lectionem: ναυσὶν ἐμπείροις καὶ —. Nam illud: ἐμπείροις egregie opponitur antecedenti: ἀνεπιστήμονας —. Illa vero Stephani emendatio in verbis: ὥστε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρεται —, ut legatur: ὁ ἔς τε τὰ, πολλὰ — certe est ingeniosa et consueta Thucydidis dictione dignissima. — Denique in verbis: ἀμύνασθε τε τοὺςδε ἀξίως τῶν προειρηγασμένων — codicum plurimorum auctoritate legendum est: ἀμύνασθε δὲ τοὺςδε ἀξίως —. Nam septem Pariss. cum quatuor aliis codd. defendunt lectionem: ἀμύνασθε —. Constat autem aoristum primum huius verbi saepius quam reliqua eius tempora usurpari. Vid. lib. III, c. 58. Porro particulam: τε ante: τοὺςδε nonnulli libri plane omittunt. Alii sex aperte legunt: ἀμύνασθε δὲ —. Unus codex adeo: οὐν pro: τε adfert. Sicut etiam Valla legisse videtur, quia vertit: *Propulsate igitur istos* —.

Cap. 91. Ἐκράτουν τε καὶ ἐφθείραν τὰς Ἀττικὰς ναῦς —. Nouem codices legunt: καὶ διεφθείρον τὰς —. Ita antecedenti capite legebatur: ἐξέωσαν τε καὶ διεφθείραν. Alii tres libri, qui exhibent: καὶ ἐφθείραν — ad eandem lectionem prosunt confirmandam. Quare lectionem: διεφθείρον — admittendam esse censeo. — In verbis: ἦν ἐς τὴν γῆν ἐπὶ σφᾶς ἐπιπλέωσω — duodecim codd. exhibent: ἐπὶ σφᾶς πλέωσιν —, quod praefero, quia illud: ἐπὶ verbo: πλέωσιν haud dubie ex antecedenti: ἐπὶ σφᾶς a librario male sedulo est adnexum. — Denique in verbis: τῇ διωκούσῃ Λευκαδίᾳ ἐμβάλλει — et in ultimis: χωρίων ἀπειρία ὤκειλαν — plurimi codd. mutato verborum ordine iubent scribere: τῇ Λευκαδίᾳ διωκούσῃ — et: ἀπειρία χωρίων ὤκειλαν —.

Cap. 92. Ἐπέπλευσαν ἐς τὸν κόλπον τὸν Κρησαῖον καὶ Κόρινθον —. Articulum: τὸν ante: κόλπον, quia eum nouem codices omiserunt, delendum esse puto. Ita etiam ad: Κόρινθον articulus deest, quod ad meam sententiam conducit admittendam. Nam lectio quorundam

librorum: *Κορίνθιον*, quamvis etiam in Vallae libro reperitur, est valde inepta, quia ille Crissaeus sinus simul etiam Corinthius appellabatur. Praeterea etiam initium capitis sequentis lectionem: *καὶ Κόρινθον* satis confirmat.

Cap. 94. *Τὴν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν ἠρῆσθαι* —. Pro: *ἠρῆσθαι* — multi codd. et edd. Marg. 2, Vindob. Ar. C. Ald. Flor. Bas. Steph. I, Dan. et duo Pariss. legunt: *ἐαλωπέναι* —, quae haud dubie magis est Attica lectio, ideoque iure a Kistemakero praefertur. Porro lectionem illam: *τὴν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν* — ex interpretamento natam esse puto, ut explicaretur vera huius loci lectio: *τὴν τε Σαλαμίνα* —, quam Marg. 1, Cam. Gr. Cl. Cass. Aug. Mosqu. et quinque Pariss. exhibent. Nam constat, in Salaminiis insula urbem fuisse cognominem, siue, ut Strabo ait lib. 9, pag. 393: *ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν*, quae h. l. haud dubie est intelligenda. Ergo vera huius loci lectio erit: *τὴν τε Σαλαμίνα ἐαλωπέναι* —. In verbis: *πάλιν ἐπὶ τῆς Κορίνθου ἀπεχώρησαν πεδῶι* — mihi legendum videtur: *ἀπεχώρησαν περὶ τῆς*. Ita enim de eodem itinere cap. 95. legimus: *περὶ τῆς ἰέναι ἐκ Κορίνθου* —. Eandem lectionem: *περὶ τῆς* h. l. etiam exhibent codices Marg. Ar. C. Dan. unus Paris. Vindob. et Valla. Nam ille vertit: *Corinthum pedestri itinere redierunt*. Idem vocabulum in fine periodi etiam legebatur lib. I, cap. 109: *διαβὰς ἔλε τὴν νῆσον περὶ τῆς* —. Denique in verbis: *καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἦδη τοῦ Πειραιῶς μάλλον τὸ λοιπὸν ἐποιούντο* — magis mihi placet codicum Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. et quinque Pariss. lectio: *φυλακὴν ἅμα τοῦ Πειραιῶς* —. Nam illud: *ἦδη* est valde superfluum, cum simul in eodem membro legantur: *μετὰ τοῦτο*, et: *τὸ λοιπὸν*.

Cap. 95. *Ἐστράτευσεν ἐπὶ Περούκκων — καὶ ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θράκης διὰ δύο ὑποσχέσεις* —. Memoratu dignissimum est, a septem codd. particulam: *διὰ* omitti. Quam plurima certe loca in Thucydide, in quibus simili accusatio absoluto est usus, occurrunt.

Cap. 96. *Ἦρχε μέχρι θαλάσσης τῆς ἐς τὸν Εὐξείνου πόντον* —. Articulum: *τῆς* ignorant duodecim Codd. Quare etiam omitti debet. Nam verba: *μέχρι θαλάσσης* explicantur sequentibus: *ἐς τὸν Εὐξείνου* etc. Quae explicatio sine illo articulo melius locum habebit.

Cap. 97. Κατεστήσαντο γὰρ τούναντιον τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας τὸν νόμον —. Articulus: τῶν — tredecim libri ignorant. Quare eum quoque Kistemakerus h. 1. recte eiecit. Sicut etiam proxime sine articulo scriptum legebatur: γενναίους Ὀδρουσῶν.

Cap. 99. Τὴν δὲ περὶ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν Ἀλέξανδρος —. Iam Dukerus recte censuit, legendum esse: τὴν δὲ παρὰ θάλασσαν —. Nam ita cum Vindob. adhuc alii quindecim codices scribunt. — In verbis: ὧν οἱ μὲν πολλοὶ διεσθάρησαν, βραχὺ δέ τι — quatuordecim codices etiam sua auctoritate euincunt, ut edatur: πολλοὶ ἐσθάρησαν βραχὺ —.

Cap. 101. Μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν καὶ ἐπὶ σφᾶς χωρήσωσι —. Gottleberus adiecit: οὐκ ἄντε: ὑπ' αὐτῶν — et illud: χωρήσωσι, quod antea edebatur, mutavit in: χωρήσονται. Nemo quidem infitiabitur, optime quadrare hanc duplicem emendationem, tamen illud: οἱ sine codicum auctoritate saltem non est recipiendum. De altera emendatione: χωρήσωσι Gallius doctissimus in sua editione plane nihil adnotavit. Quare puto, eam nonnullorum saltem codicum consensu esse confirmatam. Sicut etiam paullo antea Thucydides scripserat: μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁ στρατὸς χωρήσῃ. — In verbis: ἀναπείθεται ὑπὸ Σεύθου, τοῦ Σπαραδόκου, ἀδελφίδου ὄντος — librorum plurimorum auctoritate legendum est: τοῦ Σπαραδόκου, ἀδελφίδου —. Ita etiam Valla legit et eodem respicit falsa nonnullorum librorum lectio: Σπαραδάκου —. In verbis statim sequentibus: καὶ μέγιστον μετ' αὐτὸν δυναμένου — etiam plurimorum librorum consensus postulat, ut legatur: μεθ' ἑαυτὸν δυναμένου —, sicut iam Kistemakerus censuit. — In ultimis vero verbis: τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Σιτάλκου στρατείαν οὕτως ἐγένετο — codices magno numero omittunt: οὖν, neque opus est illa particula, quia simul adiectum est: οὕτως et illi: τὰ μὲν — in sequentibus respondet: οἱ δὲ ἐν Ναυπάκτῳ —.

Cap. 103. Ὁν Θουκυδίδης συνέγραψε. Egrege confirmatur Hermannii longe doctissimi sententia, ut scribatur: συνέγραψεν, et hoc loco et sub finem libri III, codicum Parisiensium aliorumque auctoritate.

LIBRI III, cap. 9. Τάροι τῆς ἀποστάσεως ὃ ἡμῖν τε καὶ Ἀθηναίοις οὐκ ἦν —. Plurimorum librorum au-

ctoritate, extrusa particula: τε, legendum est: ὁ ἡμῖν καὶ Ἀθηναίους —.

Cap. 12. Ἐν ἣ παραγώμην ἀλλήλους ὑπεδεχόμεθα —, in qua contra, quam volumus, nos invicem amice tractamus —. Sanam et aptam puto esse lectionem receptam. Sed Valla legiase videtur: ἀλλήλους ὑπαπτενόμεθα. Nam vertit: *praeter opinionem utriusque alteri sumus suspecti*. Forte ex sequentibus verbis nata est haec lectio. — In verbis: ὁ, τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὐνοια πιστῆν βεβαίωι — merito Dukerus offenditur et πιστῆν in πιστόν mutandum esse censet, sicut vere in uno Paris legitur. Non sine causa posset aliquis suspicari, vocabulum: πιστῆν ex interpretamento esse ortum, quia, si vel abfuerit hoc vocabulum, tamen sponte ex orationis contexta intelligitur. Sed mihi tamen multo magis placet trium codicum lectio: ὅτις τοῖς ἄλλοις μάλιστα —, quando aliorum fidem benivolentia maxime confirmat. — Quod attinet verba: καὶ ὁποτέρους θάσσον παράσχοι ἀσφάλεια θράσος — ἐμελλον; interrogandi signum post: ἐμελλον est tollendum. Nam illud: ὁποτέρους vertendum est: *utricunque*. Eandem interpretandi rationem quoque Scholiastes sequitur. Porro in iisdem verbis lectio quinque codicum: παράσχοι ἀσφάλεια θάρσος — memoratu est dignissima. Nam non tam audaciam suis popularibus tribuere orator videtur, quam potius animum fiducia plenum. — In verbis: αὐτοὶ οὐκ ἀνταναμείναντες σαφῶς εἰδέναι — Thucydidem potius scripsisse censeo: οὐκ ἂν ἀναμείναντες σαφῶς —. Primo enim non aptum sensum fundit illud: ἀνταναμείναντες, quia non de mutua quadam expectatione orator loquitur. Porro adparet, unde illud: ἀνταναμείναντες librarii festinatione sit ortum, quia statim in sequentibus legitur: καὶ ἀντεπιβουλεύσαι καὶ ἀντεπαμελλῆσαι. Denique codicum lectio etiam defendit hanc emendationem. Nam Cass. et Aug. discrete exhibent: ἂν ἀναμείναντες —. Scholiastes, cod. Ar. C. Dan. tantum legunt: ἀναμείναντες — et Gr. codex novae lectionis originem magis indicat falsa lectione: οὐκ ἀνταναμείναντες —. In verbis modo allatis: ἀντεπαμελλῆσαι (pro vulgato: ἀντεπιμελλῆσαι) recte defendunt Dukerus et Reiskius. Neque codicum Cass. Vindob. quatuor Paris. et Scholiastae alterius deest auctoritas. Inprimis etiam haec

lectio antecedentibus verbis: *διὰ τὴν ἐκείνων μέλλῃσιν* — confirmatur.

Cap. 15. *Ἄλλ' ἢ ἡμᾶς οὐκ ἀμυνοῦνται ἐπιπλέοντας, ἢ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀποχωρήσονται.* Omnium fere codicum lectio: *ἀλλ' ἢ ὑμᾶς οὐκ* — est praeferenda. Nam ita etiam in antecedentibus tantum de Lacedaemoniis orator locutus erat: *ἦν ὑμεῖς — ναυσί τε καὶ πεζῶ ἅμα ἐπεσβάλητε τὸ δεύτερον.* Sed haec eadem verba simul praemuniunt veram huius loci nostri interpretationem. Nam illud: *ἀπ' ἀμφοτέρων* — Valla, Scholiastae interpretationem secutus, vertit: *utrisque vobis nobisque cessuros* —, ut Lacedaemonii et Lesbii, quos fugituri sint Athenienses, in his verbis intelligantur. Mihi vero illud: *ἀμφοτέρων* potius ad duplicem Spartanorum expeditionem, quam contra Athenienses sint suscepturi, et pedestrem et nauticam, (*ναυσί τε καὶ πεζῶ*) est referendum.

Cap. 14. *Κοινὴν δὲ τὴν ἐκ τοῦ κατορθῶσαι ὠφέλειαν ἅπασι δίδοντας* —. Haud dubie aptior est et magis accommodata orationi contextae illa Vallae, Vindob. et aliorum fere omnium codicum lectio: *ἅπασι δῶσοντας* —. Nam non de re praesenti, sed de re futura orator loquitur. Scholiastes utramque lectionem adfert in verbis: *ἅπασι δίδοντας, δῶσοντας.* Quare Kistemakerus putat, ex Scholiastae interpretatione fluxisse lectionem: *δῶσοντας.* Tantus tamen codicum consensus huic obest opinioni. Quare malim credere, a Scholiasta duplicem codicum lectionem in hoc loco indicari, et forte particula: *ἢ* ante: *δῶσοντας* excidit, qua saepe a librariis eiusmodi duplex lectio adfertur.

Cap. 15. *Ξυμμάχους τε τοὺς Λεσβίους ἐποίησαντο καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν. τοῖς τε ξυμμαχοῖς παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἵνα ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν, ὡς ποιησάμενοι. καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο* —. Insolens est ordo horum verborum, qui adhuc magis falsa interpunctione perturbatur, sicut iam Heilmannus et Gottleberus viderunt. Puncta igitur post: *ἐσβολὴν* et: *ποιησάμενοι* sunt tollenda, ut inter se cohaereant altera ex parte verba: *καὶ τὴν ἐσβολὴν — ὡς ποιησάμενοι*, altera ex parte vero verba: *τοῖς τε ξυμμαχοῖς — ἔφραζον — καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο* —.

Cap. 16. *Καὶ περὶ τὸν ἰσθμὸν ἀναγαγόντες ἐπίδειξιν τε ἐποιοῦντο* —. Nouem codices aptissime legunt: *καὶ παρὰ*

τὸν ἰσθμὸν —, quibuscum etiam Vallae liber consentit. Nam vertit: *praeteruecti Isthmum* —. Quare de hac lectione recipienda non amplius dubitare licet.

Cap. 20. *Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος οἱ Πλαταιῆς* —. Undecim codicum auctoritate legendum est; *οἱ Πλαταιεῖς* —, sicut iam adfuit et adnotatum est ad lib. II, cap. 3. Eandem lectionem postulant plurimi codices etiam cap. 21, 22, 23, 24, et cap. 52, 57, 59, 60, lib. IV, c. 67. — In verbis: *ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν Βοιωτῶν* — omittendus est articulus: *τῶν* ante: *Βοιωτῶν*, omnium fere codicum auctoritate.

Cap. 21. *Διήκοντες ἔς τε τὸ ἔσω μέτωπον αὐταῦ καὶ οἱ πύργοι καὶ ἐς τὸ ἔξω* —. Plurimi codd. omittunt particulam: *ἐς* ante: *τὸ ἔξω*, quae facile ex antecedentibus ad haec verba suppleri potest.

Cap. 22. *Καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον ὑποδεθεμένον* —. Plurimorum codicum consensu hic verborum ordo constitui debet: *καὶ τὸν ἀριστερὸν μόνον πόδα ὑποδεδαμ*.

Cap. 23. *Τῶν πύργων αὐτοὶ ἐνοστάτες ἐρύλασσαν* —. Etiam alio verborum ordine plurimi codd. legere iubent: *ἐνοστάτες αὐτοὶ ἐρύλασσαν* —.

Cap. 26. *Ἐπειδὴ τὰς ἐς Μικυλήνην δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν* —. Duodecim codices postulant, ut legatur: *ἐς τὴν Μικυλήνην* —, sicut etiam in sequentibus verbis eiusdem capituli scribitur. — Porro illud: *δύο καὶ* — est valde suspectum. Nam cap. 16, cap. 25 et cap. 29 narratur, quadraginta tantum naues a Peloponnesiis esse missas. Etiam Valla nostro loco non vertit verba: *δύο καὶ* —. Quare conieci, sub illo: *δύο καὶ* — forte latere: *δωδεκέν*. Nam syllabae: *ειν* et: *αι*, in fine vocabulorum positae, a librariis saepe numero confunduntur. Ut uno saltem exemplo ad hoc probandum defungar, lectores Herodoti modo meminerint, quam saepe librarii in eius libris vocabulum: *εἶπαι* et: *εἰπεῖν* confundant. Idem adfirmat Iac. Perizonius ad Aeliani Var. Hist. lib. XI, cap. 15, quia in his syllabis quidem ultimis compendia scriptionis fuerint usitatissima. Quod si igitur nostro loco lectionem: *δωδεκέν* admittimus, etiam vocabulum: *προστάξαντες* apte ad illud: *δωδεκέν* referri poterit. Nam alias illud: *προστάξαντες* nihil habet, quocum coniungatur. Ita iam haec verba cohaerent: *ἐπειδὴ ἀπέστειλαν Ἀκίδαν ἔχοντα τὰς τεσσαράκοντα ναῦς ἐς*

την Μινυλίην διαίκεν προστάξαντες. — Benique in verbis huius capituli: πατρός ἀδελφός ὢν — quatuordecim codices scribere iubent: πατρός δὲ ἀδελφός ὢν.

Cap. 50. Νομισάντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, ἢ τὸ τοιοῦτον —. Iam Scholiastes adnotauerat, aliam quoque adferri huius loci lectionem: εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου —, quam etiam quatuor codices exhibent. Longe praeferenda mihi cum Abreschio et Reiskio videtur esse haec lectio: καινὸν τοῦ πολέμου, quod omnem in bello efficienciam effectu suo et euentu optata priuat — et toti contextae orationi quam maxime accommodata. In primis etiam cum verbis: τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν illud: καινὸν aptius, quam alterum: καινόν, coniungitur.

Cap. 51. Ἐλπίδα δ' εἶναι οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφίχθαι —. Cum Vallae libro et aliis decem codd. Gailius recte emendauit: οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως —. Illud: ἀφίχθαι temporis praesentis significatione: nemine inuito s. ex omnium sententia se venire — positum esse puto; qua significatione praeterita saepe usurpantur. — In verbis: Καὶ ἅμα, ἣν ἐφορμῶσιν αὐτοὺς σφίσι δαπάνη γλῆνηται, πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσοῦθην — plurimorum quoque codicum et Scholiastae auctoritate legendum est: ἐφορμῶσιν αὐταῖς σφίσι — si sibi ipsis (nempe Peloponnesiis) hostes adgredientibus sumtus sint impendendi. Quae interpretatio cum reliquis verbis apte cohaeret. Cum enim Peloponnesiorum opes nimis paruae essent ad faciendas belli impensas, se Pissuthnae, ditissimo Persae, persuasuros promittunt, ut cum ipsis belli gerendi ineat societatem. Ceterum particula: τε post: πείσειν vix locum habere poterit, cum: καὶ ante: Πισσοῦθην aperte indicet: etiam. Quare antea scriptum fuisse consilio: πείσειν γε οἴεσθαι καὶ Πισσοῦθην.

Cap. 52. Καὶ προσχῶν Μυονήσῳ τῇ Τητίων —. Haud dubie scribendum est: καὶ προσσχῶν Μυοννήσῳ τῇ Τητίων —. Nam ita προσσχῶν, quod huc pertinet, ab illo: προσχῶν recte distinguitur; sicut etiam censuit Aem. Portus in nota ad lib. IV, cap. 11, scripta. Nam ibi quoque in verbis: δίδει οὐκ ἦν πλείοσι προσχῶν, rectius legitur: προσσχῶν. Lectionem: Μυοννήσῳ optime defendit Dukerus in nota doctissima ad h. l. Sed et h. l. et infra in verbis: οὔτε χεῖρας ἀνταρσφμένους, οὔτε πολε-

μῶς —, ubi certe emendandum est etiam codicum quorundam auctoritate: *χειρας ἀνταίρομένους* —, Dukerus sibi religioni duxit, sine iusto codicum consensu quidquam emendare. Cum vero in lectionibus tam aperte corruptis saltem unius vel alterius codicis scriptura veram et meliorem tueatur lectionem, in edendis horum scriptorum libris meliorem lectionem corruptae loco, quamvis illa a pluribus adhuc codicibus retineatur, recipere non dubitarem.

Cap. 55. *Καὶ μέχρι μὲν Πάτμου τῆς νήσου ἐπέδιωξαν* —. Ingeniosa et simul aptissima fuit Palmerii conjectura, ut legatur: *μέχρι μὲν Πάτμου τῆς νήσου* —, quam egregie lectio duorum codd. Ar. et Vindob. confirmant.

Cap. 54. *Παρά Πισσούθρον ἐπικούρους Ἀρκάδων τε καὶ βαρβάρων ἐκατόμενοι* —. Non negligenda mihi esse videtur novem codd. lectio: *καὶ τῶν βαρβάρων* —, quia ita Persae accuratius a Thucydide indicantur. — In verbis: *ὁ δὲ, προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἰππῖαν* — quinque Pariss. Cass. et Camer. legunt: *ὁ δὲ, πρόκαλεσάμενος ἐς λόγους* —. Quae haud est vera lectio. Nam ita: *προκαλεῖσθαι* cum particula: *ἐς* pro illo: *ἰνυτὰρ* ad aliquid occurrit. Ut lib. I, c. 34: *προκληθῆτες γὰρ — ἐς κοῖσιν*. lib. III, c. 64: *πρόκλησιν ἐς ἡμεῶν ὑμῶν — οὐκ ἐδέχσθε*. lib. IV, c. 19: *Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου*. lib. VII, c. 18: *ἐς δίκας προκαλομένων τῶν Ἀθηναίων* —.

Cap. 55. *Καὶ τοὺς ἐκ τῆς Τενίδου Μιτυληναίους ἀνδρας ἅμα* —. Sequor undecim codicum auctoritatem, ut legatur: *ἐκ τῆς Τενίδου Μιτυληναίων ἀνδρας*. Nam nonnullos tantum Mitylenaeorum ibi adservandos curaverat.

Cap. 56. *Προσκέυσαν — ὥστε αὐτοὺς γνώμας προσθεῖναι* —. Non est spernenda sexdecim codd. lectio: *γνώμας προσθεῖναι*. Nam notum est, *γνώμην*. saepe pro: *ψῆφος* poni. Sicut autem: *ψῆφον προστίθεσθαι*, lib. I, c. 40, pro simplici: *ψῆφον τίθεσθαι* dicitur: ita etiam h. l. *γνώμην προσθεῖναι* pro simplici; *γνώμην θεῖναι* est positum.

Cap. 57. *Πολλὰκις μὲν ἤδη ἔγνωμε καὶ ἄλλα τε ἔγνω δημοκρατίαν, ὅτι ἀδύνατος ἐστὶν ἑτέρων ἄρχειν* —. Accuratius legitur codicum plurimorum consensu: *καὶ ἄλλοτε ἔγνω, δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατον ἐστὶν ἑ. ἄ.* —. Nul-

lum eam sensum fundit: ἄλλο τε — in hoc loco. Lectionem: ἀδύνατον praeter multos codices etiam Scholiastes tuetur. Qua recepta, interpungi debet post: ἔγνω, ut: δημοκρατίαν ad ultima verba; ἑτέρων ἀρχεῖν referatur. — In verbis: οἱ οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζοθε βλαπτόμενοι αὐτοί, ἀκροῶνται ὑμῶν — vocula: οἱ a plurimis codicibus ignoratur. Neque illa opus est, si ab his verbis: οὐκ ἐξ ὧν — nouam periodum incipimus.

Cap. 38. Ὁ γὰρ παθῶν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρα τῆ ὀργῇ ἐπιξέρεται. ἀμύνεσθαι δέ, τῷ παθεῖν ὀτιεγγυτάτω κείμενον, ἀντίπαλον ὄν, μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει —. Inter plura huius capituli loca adfecta etiam haec verba referri debent. Cleon taxat in antecedentibus moram, quae supplicio Mitylenaeis imponendo iniiciatur. Ita agendo enim Athenienses non tam iniuria adfecti quam ipsam patrantibus iniuriam fore similes. Iam pergit verbis modo prolatis: *Non enim remissa ira uti iniuria adfectum aduersus hostem, qui iniuria ipsum adfecerit.* Talem quidem horum verborum sensum requiri, tota oratio contexta confirmat. Sed recepta lectio sensum horum verborum plane contrarium fundit, quamvis iam Scholiastes ita hunc locum legerit. Mihi quidem persuasum est, Thucydidem scripsisse: οὐ γὰρ παθῶν —, qua quidem emendatione admissa omnis sublata est huius loci difficultas. Pro illo: ἀμύνεσθαι octo libri legunt: ἀμύνασθαι, quod non respua; quia aoristus primus huius verbi inprimis frequentatur. Vid. lib. II, c. 89. Porro in verbis: τῷ παθεῖν ὀτιεγγυτάτω κείμενον, ἀντίπαλον ὄν — decem codices postulant, ut legatur: τῷ παθεῖν ὄτι ἐγγυτάτω →. Qua quidem meliore codicum lectione hoc lucrabimur, ut illud: κείμενον aptius cum sequentibus: ἀντίπαλον ὄν, commate ante: ἀντίπαλον sublato, coniungatur; *Iniuriae perpersio defensionis est proxima et cum eadem defensio ei simillima (h. e. ab hominibus iniuria adfectis potissimum expectanda,) ad ultionem quam maxime capiendam cohaeret.* — In verbis: τὰς δ' ἡμετέρας συμφορας τοῖς συμμάχοις βλάβας καθισταμένας — mihi necessaria esse videtur lectio: συμφορας ὄν τοῖς συμμάχοις —, quam duo codd. Pariss, Marg. et Valla adferunt. Non enim eos taxat orator, qui calamitates Atheniensium etiam sociis fore detrimento adfirman, sed hos potius, qui negant. — In verbis: τὰ

ἢ πεπραγμένα ἦδη, οὐ τὸ θεαθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες, ἢ τὸ ἀκουσθὲν, ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων — in-
 erta est lectio: τὸ θεαθὲν, quae cum illo: ὄψει λαβόν-
 τες non potest apte coniungi. Quare amplectenda est
 lectio: οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον —, quam cum Vallae
 codice etiam Marg. Cam. Cl. Gr. Cass. Aug. et quatuor
 Pariss. adferunt: Denique longe magis convenit in se-
 quentibus undecim eodicum lectio: ἀπὸ τῶν λόγων κα-
 λῶς —, quam etiam Abreschius, Reiskius et Bauerus iure
 praeferunt. Iam sensus erit horum verborum: *Quod ea
 attinet, quae iam acciderunt, non factum habent fide
 dignius ipsorum oculis conspectum, quam quod ex iis
 auditur, qui verbis ad persuadendum aptis eos repre-
 hendunt.*

Cap. 39. Πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ'
 ἔξην ὡς ἡμᾶς —. Tredecim codices legunt: πάντες γὰρ
 ὑμῶν γε ὁμοίως —, quod singularem vim his verbis addit,
 quibus Athenienses ad iram contra Mitylenaeos est insti-
 gaturus. — In verbis: εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσι ὑπὸ τε τῶν
 πολεμίων — iam plures interpretes iure eiciendam cen-
 suerunt particulam: τε ante: τῶν πολεμίων, quam et-
 iam octo codd. omiserunt.

Cap. 40. Ὡς ξυγγνώμην ἀμαρτεῖν ἀνθρωπεύως λήπον-
 ται —. Cum Vindob. adhuc novem codices atque etiam
 Scholiastes lectionem: ἀνθρωπεύως λήπονται tuentur.
 Cum vero optimi scriptores Graeci etiam hoc vocabu-
 lum non respuant, hoc loco tot codicum auctoritati pa-
 rere debemus. Conf. Ernesti in Clave Ciceron. sub voc.
 diuinus. — In verbis: ὁ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν, χαλε-
 πότερος διαφυγῶν τοῦ ἀπὸ τῆς ἰσῆς ἐχθροῦ — Bauerus
 impugnat Gottleberi atque Scholiastae sententiam, qui
 illud: τοῦ ἀπὸ τῆς ἰσῆς (sc. μοίρας) ἐχθροῦ explicant de
 hoste, qui antea aequae iniuria adfecit alterum atque ab
 eo est adfectus. Sed apparet, virum optimum non satis
 sibi constare in vero sensu horum verborum constituen-
 do. Quare adhuc retinendam censeo Gottleberi et Scho-
 liastae interpretationem, quae orationi contextae est ma-
 xime adcommodata. — In verbis: ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιή-
 σαι κρατήσαντας ἡμῶν — sex Pariss. cum Vindob. Cass.
 Gr. et aliis legunt: κρατήσαντες ὑμῶν —. Quod iure
 praetulit Kistemakerus. — Ita etiam in verbis: μὴ οὖν
 προδοταὶ γένησθε ἡμῶν αὐτῶν — totidem Pariss. cum

quinque alijs codd. legunt: ἑμῶν αὐτῶν —, quod etiam cum Kistemakero admittendum esse censeo.

Cap. 42. Εὐ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἠγῆται περὶ τοῦ μὴ παλοῦ —. Admittenda est quatuor codd. Paris. lectio: οὐκ ἂν ἠγῆται —, quam linguae leges adeo postulant. — In verbis ultimis: ὃ, τε μὴ ἐπιτυχῶν, ὁρέγοιτο τῷ αὐτῷ χαριζόμενος τε καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλήθος. Ad plenum huius loci sensum particula negandi deest, quae ex antecedentibus non facile potest suppleri. Puto igitur, Thucydidem olim scripsisse: οὐτε, μὴ ἐπιτυχῶν, ὁρέγοιτο —. Ita apte haec verba respondent antecedentibus: ὃ, τε κατορθῶν ἡμῶν αὐ — λέγει —.

Cap. 43. Νῦν δὲ πρὸς ὄργην ἦντινα τύχητε ἴστων ὅτε σφαλίετε, τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιώετε; —. Sine ulla dubitatione recipi debuisset certissima Abreschii coniectura: πρὸς ὄργην ἦν τινα τύχητα —, nunc vero, si interdum in negotiis nonnullis (τινα) erraueritis, unam tantum illius sententiam, qui vobis haec suavit, ita pleni puniendam censetis —. Nam sine ulla emendatione non aptus his verbis sensus inest, neque, si eam admiserimus, in fine huius membri opus est signo interrogationis. Valla iam ita legebat, sicut Abreschius coniecit. Nam vertit: nunc si quando destituti spe estis —.

Cap. 44. Καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν —. Non est reiicienda sex codicum, Vindob. Gr. Ar. C. Dan. Reg. aptissima lectio: καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα —. Etiam Valla in suo codice ita haud dubie legebat, quia vertit: et hoc, quo Cleon praecipue nititur —.

Cap. 46. Ἐκείνως δὲ, τίνα οἴεσθε, ἦντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάζεσθαι πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοῦσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται, σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς αὐ βλάβη —. Quinque Paris. et Vindob. cum tribus alijs legunt: ἢ νῦν παρασκευάσασθαι —. Quae quidem lectio magis praestat, quia aoristi post verba existimandi et opinandi saepe futuri significationem admittunt. Tunc etiam aoristi cum futuro alioquam verborum simul coniunguntur, sicut cum alijs Reitzius in suis notis ad Luciani Piscat. cap. 22 adnotavit. Porro omniam fere codicum est lectio: ἢ τὸ αὐτὸ δύναται —, quae haud dubie vulgatae est praeferranda, si cum nonnullis interpretibus interrogationis signum post: τοῦσχατον ponitur et verba: ἢ τὸ αὐτὸ — vertuntur; ἀλλ' ἡμῶν

ἰσθητῶς ναίει —. Qui adhuc ~~vulgatae~~ defendunt, *ἡ* potissimum obesse puto verbum: *ξυμβῆναι*. Nam illud indicat: *pacisci*. Quando autem alicuius urbis incolae sunt interficiendi, non amplius de pacto vel cito vel *εὐ* tandem inueniendo potest mentio iniici. Quare aptius haec verba: *ἢ τὸ αὐτὸ δύναται* — cum sequentibus coniunguntur, ubi uberius damnum explicatur, ex diuturna urbis obsidione oriturum. Porro particula: *τε* ante: *παρατενεῖσθαι* mutanda est in: *δέ*, ut legatur: *πολιορκία δὲ παρατενεῖσθαι*. Nam antecesserat: *ἀμεινων μὲν*. Contraria ratione in fine huius capituli pro illo: *χρηθὲ τῶν ἐλευθέρων οὐκ* — legere malim: *χρηθὲ τε τῶν* —, ut haec particula: *τε* in sequentibus verbis: *πρωκτίζοντας τε* apte ad similem particulam referatur.

Cap. 48. *Καὶ μὴδὲ οἴκτω πλέον νειμαντες, μὴ ἐπιτελεία (οἷς οὐδὲ ἐγὼ ἐὼ προσάγεσθαι) — πείθεσθε* —. Plurimorum codicum lectio: *καὶ μὴ τε οἴκτω* — longe est praeferenda vulgatae. Nam hanc lectionem legitimus illarum particularum usus vel sine codicum consensu requirit.

Cap. 49. *Γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας* —. Cum Vindob. etiam Ar. C. Ald. Flor. Bas. Dan. Aug. et quatuor Pariss. legunt: *πρὸς ἀλλήλους* —. Quod recipiendum esse censeo, quia sententiae coram viris inuicem decertantibus proferebantur. — In verbis: *προεῖχε δὲ ἡμέρα τε καὶ νυκτὶ μάλιστα* — particula: *τε* a quatuordecim codd. ignoratur, qua etiam facile in hoc loco carere possumus. — In verbis denique: *ἦσθιον οἶνω καὶ ἐλαίῳ ἄλφιστα πεφυρμένα* — admitto sex codicum lectionem: *ἄλφιστα πεφυραμένα* —. Nam: *φύρα* Phaurini iudicio est: *ἀναμάσσειν τὰ ἄλευρα*. Sed: *φύρα* est i. q. *ἀναμιγνύειν, μολύνειν*. Quare *πεφυραμένα* h. l. melius quadrat, quam *πεφυρμένα*.

Cap. 52. *Δικασταῖς ἐκείνοισι χρησασθαι, τοὺς τε ἀδικούς κολάζειν* —. Illud: *τε* non a Thucydeide ortum esse videtur. Forte scripserat: *τοὺς γε ἀδικούς* —, illisque uti iudicibus, ad iniustos saltem puniendas. — Duo coddices male legunt: *τοὺς δὲ ἀδικούς* —.

Cap. 54. *Ἀττάνα* — *καὶ ἐς ἡμᾶς καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας* —. Nonem codd. omittunt particulam: *ἐς* — ante: *τοὺς ἄλλους* —, quod dicendi breuitati, quam amat

Thucydides, est consentaneum. Similis locus cap. 21. adfuit.

Cap. 56. Ὀρθῶς τε ἐτιμωρησόμεθα κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθιεστώτα — Hoc loco particula: τε, si indicat: non solum, non bene cum sequenti: καὶ νῦν — βλαπτοίμεθα, potest coniungi. Quare melius h. l. abest particula: τε, sicut eam quoque multi codices et antiquae editiones ignorant. — In verbis: δίκαιον, ἡμῶν τῆς νῦν ἀμαρτίας (εἰ ἄρα ἡμάρτηται τι) ἀντιδεῖναι τὴν τότε προθυμίαν — non agnoscunt voculam: τε, quatuordecim codices. Neque quisquam negabit, ineptum et odiosum esse hoc loco voculae: τε additamentum, cum Plataeenses non tam culpam a se omnem auertere, quam vitae veniam potius hac sibi expetere vellent oratione. — Verba ulima: χρη — καὶ τὰ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι ἢ τῶν ξυμμαχῶν τοῖς ἀγαθοῖς ὅταν αἰεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι καὶ τὸ παραντίκα πον ἡμῖν ωφέλιμον καθίστηται — nulla emendatione mihi indigere videntur, nisi quod duodecim codicum auctoritate legi debet: ὑμῖν ωφέλιμον καθίστηται. Iam ad illud: ἔχωσι ex antecedentibus intelligo: οἱ ξυμμαχοί. Oportet etiam nihil aliud utile putare, quam cum socii semper honestis inter socios constantem propter virtutem gratiam exhibent et ita statim, quod vobis est salutare, constituitur. Horum verborum explicatio etiam capite sequenti 57, reperitur, ubi Plataeenses se viros honestos (ἀνδρῶν ἀγαθῶν περί) adpellant et simul de Lacedaemoniis timēt, si nimia contra Plataeenses severitate sint usi, ne sibi met ipsi inter reliquos socios, qui improbaturi sint eorum decreta, noceant.

Cap. 57. Προσκέφασθέ τε, ὅτι νῦν μὲν παράδειγμα — νομίζεσθε. Longe aptior erit huius loci interpretatio, si emendamus: προσκέφασθέ γε —. Utique antea considerate. — Simili modo caput sequens 58, incipit: καίτοι ἀξιούμεν γε καὶ θεῶν ἕνεκα —. Certe nostro loco particula: τε nihil habet, quo referatur. — Verba: ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπῶν — non in codice suo Valla legisse videtur, quia illa non Latine vertit. Sane superflua sunt, quia statim eadem sententiā in verbis: ἀνδρῶν ἀγαθῶν περί, αὐτοὺς ἀμείνονε ἄντας — repetitur. Praeterea in iisdem verbis non satia apte injecta est particula: δὲ post illud: ἐπαινούμενος — et eadem particula

potissimum mihi indicare videtur, haec verba olim interpretamenti loco ex verbis sequentibus deprompta et codicis margini adiecta fuisse; quare postea inter ipsa Thucydidis verba male recepta fuerint. Ipsa denique laus, quam sibi in verbis: *περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν* tribuunt Plataeenses, nimium fastum indicat, neque cum hominum supplicum deprecatione, qui hostili animo Spartanis repugnauerant, bene connenire videtur. — In verbis: *οἵτινες Μήδων τε κρατησάντων ἀπολλύμεθα καὶ οὐκ ἐν ὑμῖν — Θηβαίων ἡσσωόμεθα* — lectionem cod. Cass. *κρατησάντων ἢ πωλλύμεθα*, quam etiam Bauerus prae tulit, maxime necessariam et verissimam esse puto. Illa: *Θηβαίων ἡσσωόμεθα* verto: *vestro iudicio Thebanis postponimur*. Ita, ut alia loca taceam, *ἡττωμένους* (posthabitos) *ἀπέπεμπεν* occurrit Xenoph. Hist. Gr. lib. III, c. 4, §. 8. — Verba denique huius capituli: *ἐρημοὶ καὶ ἀτιμώρητοι* — Valla vertit: *deserti, inhonorati* —, quasi pro illo: *ἀτιμώρητοι* legisset: *κλιμητοί*. Quae sane non aliena ab hoc loco esset lectio. Sed codicum reliquorum, Thomae Magistri et Scholiastae auctoritas lectionem receptam firmiter tuentur.

Cap. 58. *Ετιμώμεν κατὰ ἔτος ἕκαστον δημοσίᾳ ἐσθῆμασι τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις*. Iam Dukerus doctissimus adnotavit, nusquam vestium in aliis scriptorum locis mentionem iniici, quae in sacris anniuersariis propter mortuos a Plataeensibus celebratis sint oblatae aut concrematae. In loco autem Plutarchi, qui in vita Aristidis cap. 21. praecipue haec Plataeensium sacra describit, de summo Plataeensium magistratu (*τῶν Πλαταιέων ἄρχων*) haec sacra peracturo inter alia etiam haec narrantur: *καὶ τὸν ταῦρον εἰς τὴν πυρὰν σφάζας, καὶ κατενξάμενος Διὶ καὶ Ἐρμῇ χθονίῳ παρακαλεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἀνδρας τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν αἰμακουρίαν* —. Quibus Plutarchi verbis iam innitor ad emendationem in nostro Thucydidis loco stabiliendam, quae mihi verisimilis esse videtur, ut legamus: *δημοσίᾳ ἐστίασει τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, publico conuiuio et aliis ritibus legitimis*. Ex Scholiastae silentio nihil neque contra hanc emendationem neque ad illam defendendam potest proferri. — In fine verborum: *ὦν ὑμεῖς τὸναντίον ἀν' ἀμάσατε, μὴ ἀρθῶς γρόντες* — signum interrogandi adiiciendum esse cen-

seo: *Num igitur his contraria, iniquo iudicio de nobis lato, facere poteritis?* Ita etiam in sequentibus repetitae interrogationes occurrunt: καταλείπετε; — δουλώσετε; — ἐρημοῦτε; — ἀφαιρήσεσθε;

Cap. 59. *Ἐπικλασθήναι τῇ γνώμῃ, οἶκτον σοφρονα λαβόντος* —. Duodecim codices legunt: οἶκτω σοφρονα λαβόντας —. Horum igitur auctoritas non est negligenda, neque inepta est lectio, si ad: λαβόντας ex antecedentibus supplemus: ἡμᾶς.

Cap. 61. *Ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς διάφοροι ἐγερόμεθα τὸ πρῶτον* —. In codd. Bar. Cl. Ald. Flor. Bas. Cass. Aug. et duobus Pariss. legitur: ἐγερόμεθα πρῶτον, omisso: τὸ. Quos equidem sequor, quia alias Thucydides, quod non facile in eo deprehenditur, statim idem repeteret in verbis: ὡσπερ ἐταχθη τὸ πρῶτον.

Cap. 62. *Ἐτερον Ἀθηναίων ἰόντων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας* —. Plurimorum codd. consensu ordo verborum ita mutari debet: ἕτερον ἰόντων Ἀθηναίων ἐπὶ —.

Cap. 63. *Ἐπάρχον τε ὑμῖν, εἰ τι καὶ ἄκοντες προσήγεσθε* —. Thucydides scripsisse videtur: ὑπάρχον γε ὑμῖν, cum saltem vobis occasio esset (sc. subterfugiendi iniquam Atheniensium societatem). Postea inveni hanc lectionem: γε etiam ex uno cod. Paris. adnotatam. — Sed in verbis: *ικανὴ γε ἦν ἡμᾶς τε ὑμῶν ἀποτρέπειν* —, quae explicationi antecedentium inseruiunt, legere malim cum Graeu. et Marg.: *ικανὴ γὰρ ἦν ἡμᾶς* —. Porro in verbis: *εἴλεσθε μᾶλλον τὰ τῶν Ἀθηναίων* — plurimi codd. non legunt: τῶν ante vocabulum: Ἀθηναίων, sicut etiam ille articulus in aliis locis centies omittitur. Quare non negligenda est illorum codicum auctoritas. — In ultimis verbis: *καίτοι τὰς ὁμοίας χάριτας μὴ ἀντιδιδόναι πείσθον μᾶλλον* etc. — sequor aptissimam interpretandi rationem a Kistemakero doctissimo propositam: *non tam turpe est, similem referre gratiam, quam potius, iuste debitam non sine iniustitia referre.*

Cap. 65. *Ὁὐ νομίζομεν οὐδ' ἐν ταῦτοις ὑμῶν μᾶλλον ἀμαρτάνειν* —. Octo libri, Vindob. Ar. C. Marg. Reg. Cass. Dan. Aug. et tres Pariss. legunt: μᾶλλον ἀμαρτεῖν —. Cum vero de rebus olim gestis orator mentionem iniiciat, haec lectio vulgatae praeferenda esse videtur.

Cap. 66. *Κατὰ τὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια πολιτεύειν* —. Plurimorum librorum consensus articulum;

των — ante: πάντων omittere iubet. — In verbis: τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσειν ἔργω, λόγῳ τε πείσειν — tredecim codd. legunt: μήτε νεωτερίσαι — . Constat, aoristos interdum cum futuris coniungi, ut supra ad cap. 46 adnotauimus. Praeterea h. l. singularis quidem vis inesse futuro: πείσειν videtur, ut simul indicet, facile persuasuros fuisse Plataeenses Thebanis, si verbis tantum eos ad exeundum adhortarentur. Tot igitur codicum auctoritas non est reiicienda. — Denique in verbis: καὶ ζωρήσαντες, ὑποσχόμενοι τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν — potius scribendum puto: ὑποσχόμενοι γε ἡμῖν — , et viuos capientes, cum nobis quidem promississetis, non eos interfectum iri.

Cap. 67. Καὶ μὴ παλαιὰς ἀρετὰς, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένοντο, ἀκούοντες ἐπιπλασθήτε — . Cum Vindob. et quinque Pariss. adhuc alii decem codices legunt: ἀρετὰς, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένετο, ἀκούοντες — . Quae quidem lectio, tot codicum auctoritate confirmata, Thebanorum quidem consilio, ut Plataeensium laudibus obtrecent, est aptissima. — In verbis: οἴκτου τε ἀξιώτεροι τυγχάνειν οἱ ἀπρεπῆς τι πάσχοντες — tres codices legunt: οἴκτου δὲ ἀξιώτερα — et unus scripsit: οἴκτου διαξιώτεροι — . Quare Gottfeberus legere iubet: οἴκτου δὲ ἀξιώτεροι — . Aptior tamen huic loco videtur esse particula: γε, saltem, ut emendemus: οἴκτου γε ἀξιώτεροι — . De verbis denique: ἀλλ' ἦν οἱ ἡγεμόνες, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς — διαγνώμας ποιήσασθε — nulla amplius controversia, quomodo explicanda sint, excitabitur, si quinque codicum, Ar. C. Dan. et duorum Pariss. auctoritate voculam: οἱ omittimus, et interpunctione non post: ὑμεῖς, sed post: νῦν posita legimus: ἀλλ' ἦν ἡγεμόνες, ὥσπερ νῦν, ὑμεῖς — διαγνώμας ποιήσασθε, si vos, sicut nunc, tanquam Graecorum arbitri et duces — succincta contra omnes causarum cognitione usi fueritis.

Cap. 68. Τοιαῦτα μὲν οἱ Θηβαῖοι εἶπον. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι — . Particulam: μὲν ignorant h. l. codices. Nam magno numero legunt: τοιαῦτα δὲ οἱ Θηβαῖοι — . Equidem puto, Thucydidem scripsisse: τοιαῦτα δὲ οἱ Θηβαῖοι — . In illo loco: κοινούς εἶναι κατ' ἐκείναι ὡς οὐκ ἔδεξαντο, ἡγούμενοι — mira verborum traectio animadvertitur. Mihi quidem videtur colon post: ἐκείναι tollendum esse, ut verba: κατ' ἐκείναι cum sequenti: ἡγούμενοι

arcte coniungantur. — In verbis vero antecedentibus: *εἶτε ἐν τῇ πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν ἀγαθῶν τι πεπόνθασι* — omnes fere codices omittunt voculam: *τι* ante: *πεπόνθασι*, quae tamen cap. 52, ubi eadem occurrunt verba, reperitur. Utroque loco siue adiectio siue omissio huius voculae ex solo scriptoris arbitrio pendisse videtur. Quare sola codicum auctoritas decernere debet, utro loco haec vocula: *τι* sit retinenda siue omittenda. — In verbis ultimis: *Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πλάταιαν — οὕτως ἐτελεύτησαν* — sex Pariss. cum duobus aliis codd. recte scribunt: *οὕτως ἐτελεύτησέν —*.

Cap. 69. *Ἐκ τε τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωθεῖσθαι — κατηνέχθησαν* —. Plurimi codices legunt: *ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωθεῖσθαι* —. Quam lectionem ipsa narratio a Thucydide cap. 55. prolata defendit, quia Paches, Atheniensium dux, non ex Athenarum, sed ex Mitylenes urbe nauibus profectus Peloponnesios persequabatur.

Cap. 70. *Ἐκ τοῦ τε Διὸς τεμένους καὶ τοῦ Ἀλκίμου* —. Legendum est cum undecim codd. *τοῦ τε Διὸς τοῦ τεμένους* —, sicut iam Wassio placuit. — In verbis: *καθεζομένον διὰ τὸ πλῆθος τῆς ζημίας* —, sicut etiam Kistemakerus doctissimus suasit, legendum est: *διὰ πλῆθος τῆς ζημίας* —, articulo: τὸ eiecto, tredecim codicum auctoritate.

Cap. 72. *Ἐν δὲ τοῦτω τῶν τε Κορυθαίων οἱ ἔχοντες* —. Nemo desiderabit h. l. particulam: *τε*, si orationem contextam respicimus, quae etiam ab octo codd. omittitur. — In verbis: *καὶ αὐτοῦ ξυλλεγείς ἰδρύνθη* — plurimi codd. legunt: *ξυλλεγείς ἰδρύνθη* —, quod magis est consuetum in Thucydide, sicut ad lib. I, c. 131, Wassius adnotavit. Scholiastes tamen nostro loco *ἰδρύνθη* legisse videtur. Quem vero, cum ei tot locorum et codicum auctoritas repugnet, nondum sequimur. Gailius doctissimus omisit h. l. regii codicis lectionem: *ἰδρύνθη*. Cum Thoma Magistro etiam Phaenonius improbat *ἰδρύνθη*. — In ultimis verbis: *καὶ τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτὴν καὶ πρὸς τὴν ἠπειρον* — verisimilior est undecim codicum lectio: *τὸν πρὸς αὐτῇ, portum in fori vicinia, qui simul in continentem spectabat*. Forte igitur plures portus, sicut Athenae, etiam illa Corcyrae urbs habuit.

Cap. 79. *Τοὺς τε ἐκ τῆς νήσου πάλαι ἐς τὸ Ἡραῖον δικομόσων* —. Non aptum sensum h. l. particula: *πάλαι*

fundit. Quare praefero lectionem: *πάλιν ἐς τὸ Ἡραίων* —, quam codd. Ar. C. Dan. Mosqu. et Vallae liber exhibent. Valla vertit: *reportarunt ἕσπευον* —. In verbis: *τρεις δὲ καὶ δέκα ναῦς ἔχοντες τῶν Κερκυραίων* — plurimi eodd. alium verborum ordinem: *τριακαίδεκα δὲ ναῦς* — praescribunt.

Cap. 80. *Καὶ τινὰς αὐτῶν ἐπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐμβῆ-
ναι* —. Cum Vindob. tredecim codd. legere iubent: *ἐς
τὰς ναῦς ἐσβῆναι* —, sicut in capite sequenti legitur:
ὄσους ἐπεισαν ἐσβῆναι —.

Cap. 81. *Καὶ κατέγρασαν ἀπάντων θάνατον* —. Octo
Pariss. et haud dubio etiam alii libri, quorum varia le-
ctio non est indicata, exhibent: *πάντων θάνατον* —. In
verbis: *ταῖς ἐξήκοντα ναυσὶ παρέβαιεν, οἱ Κερκυραῖοι —
ἐφόνειον* — extruso articulo: *οἱ* legere iubent pluri-
mi codices: *παρέβαινε, Κερκυραῖοι* —.

Cap. 82. *Προβουλευσας δὲ, ὅπως μὴδὲν αὐτῶν δεή-
σοι* —. Septem Pariss. Vindob. Dionys. Halic. Cass. et
Dan. legere iubent: *μὴδὲν αὐτῶν δεήσει* —. Nam ita
plerumque particula: *ὅπως* ab Atticis cum futuro con-
iungitur.

Cap. 87. *Ὅστε Ἀθηναίους τε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον
τούτου ἐπίσει καὶ ἐκώσσει τὴν δύναμιν* —. Mira lectionum
varietas in hoc loco reperitur. Lectio recepta quidem
iam Scholiastae nota erat, quia eam in notis suis com-
memorat, quamvis non ipse in suo codice ita legerit.
Neque tamen dicendi breuitati Thucydidi propria est
satis adcommodata. Omnes fere codices et Vallae inter-
pretatio in eo consentiunt, ut legatur: *ὥστε Ἀθηναίους
γε μὴ εἶναι* —, quod bene locum habere potest, si refer-
tur ad: *τὴν δύναμιν*. Porro vocabulum: *σούτου* cum Vin-
dob. et Valla ignorant Ar. C. Marg. Cl. Gr. Aug. Reg. Cass.
et Scholiastes. Alii pro: *τούτου* legant: *τούτους*. Quare
nulla amplius dubitatio relinquitur, quia illud: *τούτου*
inter librariorum interpretamenta sit referendum. Qui-
dam codices etiam vocabulum: *ἐπίσει* omittunt. Sed hoc
vocabulum Thucydidi consuetum et ad descriptionem
magnorum malorum augendam aptum h. l. non negligi
potest. Hunc locum igitur ita legendum esse censeo:
*ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι, ὅ, τι μᾶλλον ἐπίσει καὶ
ἐκώσσει τὴν δύναμιν*. — In verbis: *ἐλέγοντο δὲ τότε καὶ οἱ
πολλοὶ σεισμοὶ τῆς γῆς* — plurimi eodd. particulae: *τότε*

alium locum adsignant, ut legatur: *ἐγένοντο δὲ καὶ οἱ πολλοὶ σεισμοὶ τότε τῆς γῆς*. Alii codices exhibent: *πολλοὶ τότε σεισμοὶ τῆς γῆς* —.

Cap. 88. *Πέμπτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε* —. Plurimi codd. alio ordine scribere iubent: *ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε* —.

Cap. 89. *Αἴτιον δ' ἔγωγε τοῦ τοιούτου νομίζω* —. Etiam hoc loco alium verborum ordinem: *ἔγωγε νομίζω τοῦ τοιούτου* — plurimi codd. sequuntur.

Cap. 90. *Ἐστράτευσε* — *ἐπὶ Μυλάς τας τῶν Μεσσηνίων* —. Decem codd. omittunt articulum: *τῶν ante: Μεσσηνίων* —, sicut etiam in hoc capite aliis nominibus propriis nunc adhaeret, nunc detrahitur. Quare plurimum codd. auctoritatem sequi debemus.

Cap. 92. *Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχυνίαις ἀποικίαν καθίσταντο* —. Quidam codices legunt: *Τραχυνία* —. Alii: *Τραχῖνι* —. Lectio recepta: *Τραχυνίαις* haud dubie est falsa neque alio loco reperitur. Haec urbs Heraclea aliis locis, ut lib. III, c. 100. lib. IV, c. 78 et lib. V, c. 51, dicitur urbs *ἐν Τραχῖνι*. Quare verisimile est, etiam hoc loco ita esse legendum. Quia tamen terminatio: *αις* in vocabulo: *Τραχυνίαις* non sponte adnexa esse videtur, Thucydidem h. l. scripsisse: *ἐν Τραχῖνι ἐς ἀποικίαν καθίσταντο* — coniiicio. Nam vocabulum: *καθίστασθαι* saepe praepositionem: *ἐς* habet adiunctam. — In verbis: *Παράλιοι, Ἰερῆς, Τραχῖνιοὶ* — lectio nouem codicum: *Ἰερεῖς* non est reſicienda. Conf. dicta ad c. 103, lib. I.

Cap. 94. *Ἐν Ἐλλομένῳ τῆς Λευκαδίας φρουρῶς* — *διέφθειραν* —. Cum Vindob. adhuc quatuordecim codices legunt: *Ἀρκαδίας φρουρῶς* —. Sed Valla iam lectionem receptam: *Λευκαδίας* in suo codice inuenit. Nam vertit: *apud Ellomenum Leucadiae*. Cum Arcadiae regio sit mediterranea et statim in sequentibus cum maiori classe Leucadem petiisse dicantur Athenienses, haud dubie lectio recepta est aptissima. — In verbis: *οἱ πάνδημοι, πλὴν Οἰνιαδῶν* — plurimi codices mutato accentu legunt: *Οἰνιαδῶν* —. Sed retinenda est lectio: *Οἰνιαδῶν*. Nam etiam in aliis locis, ut lib. II, c. 102 et lib. III, c. 114, similis codicum varietas occurrit. Quare etiam in loco lib. II, c. 102, ubi adhuc male editum est: *Οἰνιαδῶν*, recipienda est lectio: *Οἰνιαδῶν*. Denique in ver-

bis: *ραδίως γ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι, πόλεως τε αἰεὶ σφίσι πολεμίας ἀπαλλαγῆναι* — recipiendam esse censeo quatuor codd. Cass. Aug. et duorum Pariss. lectionem: *ραδίως τ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι* — . Praeterea nouem codd. legunt: *καὶ πόλεως αἰεὶ σφίσι* —, omissa altera particula: *τε* post: *πόλεως* vulgo adiecta. Etiam illud: *αἰεὶ* saepius in Thucydidis libris quam: *αἰεὶ* frequentatur. Conf. dicta ad lib. IV, c. 55, c. 64 et c. 92. Quare magis emendata huius loci lectio a me habetur: *ραδίως τ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι καὶ πόλεως αἰεὶ σφίσι πολεμίας* — . Etiam capite sequenti 95 in verbis: *κατὰ τὴν Ἀθηναίων αἰεὶ ποτε φίλιαν* — haud dubie praeferenda est octo librorum auctoritas, ut legatur: *αἰεὶ ποτε φίλιαν* — . Totidem quoque librorum consensu cap. 97, in verbis: *τὴν δ' ἐν ποσὶ αἰεὶ πειραῶσθαι αἰρεῖν* — corrigi debet: *αἰεὶ πειραῶσθαι* — .

Cap. 96. *Καὶ τῇ τρίτῃ Τίχτιον ἔμενέ τε αὐτοῦ, καὶ τὴν λείαν ἐς Εὐπόλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψε* — . Iam Palmerius coniecerat, legendum esse: *Τελίχιον*, sicut etiam codices Ar. Gr. Cass. Dan. Aug. Mosqu. Vindob. et quinque Pariss. legera iubent. Etiam pro illo: *Εὐπόλιον* recipiendum esse videtur ex codicibus Cl. Aug. Cass. et duobus Pariss. illud: *Εὐπάλιον* —, quod Strabo lib. X, pag. 450, ed. Casaub. attulit. Eodem tendit vocabulum: *Εὐπαλίαν*, quod Stephanus *de urbibus* profert. Eadem lectio: *Εὐπάλιον* etiam infra cap. 102 nonnullorum codicum auctoritate est reuocanda. — In antecedentibus vero verbis nostri capituli 96: *τῇ δευτέρῃ Κροκίλιον* — constans codicum scriptura nos legere iubet: *Κροκίλιον* — .

Cap. 98. *Ἡσὰ τε ἰδέα κατέστη τῆς φυγῆς καὶ τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων* — . Non puto, haec verba eodem modo a Thucydide scripta fuisse. Nam non plures, sed unus isque parvus erat exercitus Atheniensium, cui haec calamitas immitteretur. Praeterea tot genitiuorum, qui se inuicem deinceps excipiunt, copulatio est valde ingrata. Verisimilius est, scripsisse Thucydidem: *τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων*. Forte iam Valla in sud codice ita legerat. Nam verit: *Ut nullum non mortis genus in Atheniensium exercitu viseretur*.

Cap. 102. *Χιλιούς ὀπλίτας οἱ ἐσελθόντες περιεποιήσαντο τὸ χωρίον* — . Codicum auctoritate atque ipso lin-

græcæ usu ita postulante legendum est: οἱ ἐπελθόντες περιποίησαν τὸ χωρίον —. Lectionem: ἐπελθόντες, quæ apte de aduentu exterorum adhibetur, exhibent codices Ar. C. Gr. Dan. Mosqu. et duo Pariss. Altera autem minus vera lectio: ἐσελθόντες orta esse videtur ex verbis sequentibus: οἳ ἤσθοντο τὴν στρατιὰν ἐσεληλυθῆσαν. Porro: περιποιεῖν pro: tueri, seruire, plerumque posuit Thucydides, sicut etiam Scholiastæ explicant verbo: φυλάσσειν et: σῶζειν, lib. II, c. 25. lib. IV, c. 105. lib. VI, c. 104. Lectionem: περιποίησαν nostro loco adferunt codices Vindob. Cass. Aug. et tres Pariss. Neque obscurum est, falsæ lectioni: περιποίησαντο ultimam syllabam ex sequenti: τὸ χωρίον adhaeruisse.

Cap. 104. Ἄλλα σὺ Δήλω Φοῖβε μάλιστα ἐπιτέρπειαι ἤτορ —. Codicum Pariss. auctoritate legendum est, sicut iam Camerarius ex scripto quodam exemplari adnotavit: Ἄλλοτε Δήλω Φοῖβε μάλιστα γὰρ θυμὸν ἐτέρωφθης —. Pro illis: Αὐτοῖς σὺν παιδεσσὶ καὶ αἰδοῖς ἀλοχοῖσιν — iidem codd. exhibent: σὺν σφισὶ τὲ τεκέεσσι γυναιξὶ τε σὴν ἐς ἀγυιάν —. Et pro illis: οἱ δὲ σὲ πυγμαχίῃ etc. in Thucydide scribendum est: Ἐνθά σὲ πυγμαχίῃ καὶ ὀρχηστίῃ καὶ ἀοιδῇ Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα —. In illo autem versu: Ἐνθάδ ἀνείρηται ξείνος ταλαπεείριος ἔλθων — omnes fere Thucydidis codices legere iubent: ἐνθάδ ἀνείρηται ταλαπεείριος ἄλλος ἐπελθὼν —, et in verbis: ὑποκρίνασθε ἀφήμως — emendatio Kusteri et Ruhnkenii egregie confirmatur codicum consensu, ut legatur: εὐφήμως, quâvis adhuc vocabulo: ὑποκρίνασθε in illis codd. litera: ε male adhaereat.

Cap. 107. Τὸν λόγον ἐκ θαλάσσης ἐφόρμουν —. Non dubium est, quin decem codicum auctoritate, sicut iam Kistemakerus suaserat, scribendum sit: ἐκ θαλάσσης ἐφόρμουν —. Quamquam vero etiam codex regius legit: ἐφόρμουν, nullam tamen lectionis varietatem Gailius doctissimus de hoc vocabulo adnotavit. — In verbis: ὁ δὲ προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς Ὀλπης, ἐστρατοπεθεύσαντο —, cum omnibus locis plurali numero: αἱ Ὀλπαι laudentur, huius loci emendatio esse necessaria videtur. Quare legendum esse puto: προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς Ὀλπίης (sc. γῆς). Eodem modo quoque cap. 111 scribendum erit:

προεχωρησώτερος δὲ ἤδη ἄνωθεν τῆς Ὀλπίης, et cap. 113: καταφυγόντων ἀπὸ τῆς Ὀλπίης Ἀμπρακιωτῶν — sine potius undecim codicum auctoritate emendari debet: καταφυγόντων ἐκ τῆς Ὀλπίης — . Lectionem: Ὀλπίης forte indicat cod. Aug, qui contractam formam: Ὀλπίης exhibet.

Cap. 108. Καὶ ἡ μὲν μάχη ἐτελεύτα ἕως ὄψε, Duodecim codd. et Scholiastes legunt: ἐτελεύτα ἐς ὄψε. Eandem lectionem haud dubie etiam Valla inuenit. Nam vertit: cessauitque sub vespertim pugna. Alii tres lectionem utramque: ἕως ἐς ὄψε exhibent. Cum vero Dukerus docuerit, verbum: τελευτῶν saepe numero cum praepositione: ἐς coniungi, magis veram lectionem: ἐς ὄψε h. l. recipere debemus.

Cap. 112. Τῶν δὲ ἀπειρῶν καὶ ἀνπιστημόνων, ὅπως τράπονται — . Cum cod. Vindob. Cl. Gr. Cass. Aug. Mosqu. et septem Pariss. legendum est: ὅπη τράπονται. Ita adfuit lib. I, c. 52: δεσκόπαν, ὅπη κομισθήσονται. Plura de hac particula ad lib. II, c. 11. adnotauimus. — Etiam in verbis: ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἤδη διαφθαρήναι — cum Kistemakero doctissimo legere malim: ἐν ταῖς ναυσὶν, εἰ δεῖ, διαφθαρήναι. Ita enim cum Vindob. adhuc tredecim codices scribunt. Neque ineptum sensum haec lectio fundit, quia illud: ἤδη propter verba antecedentia: ἐν τῷ αὐτίκα φόβῳ — plane esset superfluum. Eandem quoque lectionem Vallae liber exhibuit. Nam ille vertit: praesertim in metu satius esse ab iis, qui in nauibus erant, si oporteat, interfici se — .

Cap. 113. Εἶναι τῶν κήρυκα ἀπὸ τῶν ἐν Ἰδομέναις — . Non ferri potest lectio: ἐν Ἰδομέναις, quia et in antecedentibus et in sequentibus occurrit: Ἰδομένη. Quare recipienda est lectio codicis Ar.: ἐν Ἰδομένη, quam etiam Valla in libro suo reperisse videtur. Nam vertit: qui apud Idomenem essent — .

Cap. 114. Οἵπερ καὶ μεταγέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους. Verba illa: καὶ Ἀγραίους sunt superflua, quia modo adfuerant in loco illo: τοῖς αἰς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγῶσι. Salynthius enim Agraeorum rex erat, sicut cap. 111 adfirmatur. Ignorant etiam haec verba: καὶ Ἀγραίους Valla et codices Vindob. Gr. Cl. Cass. Dan. Aug. et quinque Parisa.

LIB. IV, cap. 1. Τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι ἢ μάλ-

λον καὶ ἐπετίθεντο. Colon post: ἀμύνεσθαι in comma mutari debet, et elegantior verborum series: ἢ καὶ μάλλον — quatuordecim codicum auctoritate est praefenda. Valla etiam ita legisse videtur. Nam vertit: *quo etiam magis illi ingruerant.*

Cap. 3. Ὁ μὲν Εὐρυμέδων καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἠπειγόντο ἐς τὴν Κέρκυραν. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐς τὴν Πύλον. Decem codices, omiſſa vocula: δ, apte legunt: καὶ Σοφοκλῆς. Tum enim bene cohaeret: ὁ μὲν Εὐρυμέδων — ὁ δὲ Δημοσθένης —. In verbis: ἐπὶ τούτῳ γὰρ ξυνεκπλεῦσαι — cum decem aliis codd. Vindobonensis legit: γὰρ ξυνεπλευσε —. Quod praefero, quia aptius ipse Thucydides lectoribus in memoriam renocat modo cap. 2, allata, quam Demosthenes haec refert classis ducibus, quibus tunc illud Demosthenis consilium non ignotum esse potuit. Unus Paris. legit: ξυνεπλευσαι, unde tandem falsa lectio: ξυνεκπλευσαι est formata.

Cap. 4. Μέχρις αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις σχολάζουσι δρμη ἐπέπεσε περὶ στάσις ἐκτειγῆσαι τὸ χωρίον. Illud: μέχρις mutandum est in: μέχρι αὐτοῖς —. Nam ita legunt codd. Cass. Mosqu. Gr. Aug. et duo Pariss. Alijs locis quoque Thucydides ita scripsit. Conf. lib. II, c. 22 et c. 46. Eodem modo quoque lib. IV, cap. 16, in verbis: ἐσπείσθαι δὲ αὐτὰς μέχρις οὗ ἐπανελθῶσι, totidem codicum auctoritate legendum est: μέχρι οὗ —. Eadem lectio: μέχρι οὗ — etiam recipienda est lib. VII, cap. 83, octo codicum consensu. Lib. VIII, cap. 42. eandem lectionem: μέχρι οὗ tres codices et haud dubie etiam plures codd. defendunt. Nam in Gailii editione plane nulla lectionis varietas, quod certe mirum est, adnotatur. Lib. VIII, c. 58. saltem tres codd. scribunt: μέχρι ἂν —. Lib. VIII, c. 68. quinque codd. legunt: μέχρι ἑμοῦ —. Similia adnotavi ad lib. IV, c. 46. — Pro illo: ἐπέπεσε octo codd. exhibent: ἐσέπεσε. Quamquam plurium codicum consensum adhuc requiro, ut haec lectio: ἐσέπεσε admitatur: tamen negari non potest, hoc verbum, sicut illud: εἰσέρχεσθαι, cum dativo coniungi posse. Verba: περὶ στάσις explicio de loco, ubi tunc castra posuerant Athenienses, quem tandem stationis suae locum Demosthenis suasu in circuitu munire coeperunt.

Cap. 6. Ἐσπάνιζον τροφῆς ταῖς πολλοῖς χειμῶν τε ἐπιγενόμενος — ἐπίεξε τὸ στρατεύμα. Particula: τε nihil ha-

bet, quo referatur. Forte Thucydides antea scripserat: ἑσπανίζον τε τροφῆς — Codex Mosqu. falsa lectione: ἑσπανίζοντο τροφῆς — hanc coniecturam confirmare videtur. Eodem modo lib. V, cap. 45, pro vera lectione: ἑσηκονόν τε καὶ ἔτοιμοι ἦσαν — in cod. Graeu. male legitur: ἑσηκούοντο καὶ ἔτοιμοι —.

Cap. 8. Ἐγγίγνεται ἡ ἔφοδος, ἄρτι ἀφιγμένων ἀπ' ἑτέρας στρατιῶν. — Demilii Porti coniectura, ut legatur; ἀπ' ἑτέρας στρατιῶν —, haud dubie est verissima, cum saepissime haec duo vocabula a librariis permutentur. Forte etiam Valla ita legit, Nam vertebat: *modo reuersos ex alia expeditione.* — In verbis: τῇ μὲν δουὴν νεοῖν, διάπλουν, κατὰ τὸ τεῖχοςμα — cum Vindob. adhuc octo codices legunt: δουὴν νεοῖν διάπλουν —, quae scribendi ratio magis consueta Thucydidi est praefenda, Conf. dicta ad lib. I, c. 20. lib. IV, c. 28 et c. 44. — In verbis: τοὺς μὲν οὖν ἑσπλάους ταῖς ναυσὶν ἀντιπρώρους βύζην κλήσειν ἐμελλον — iam Dukerus magis veram suavit lectionem: ταῖς ναυσὶν ἀντιπρώροις —, quae in nouem codicibus reperitur atque etiam Vallae nota fuit, quia vertebat: *nauiibus confertim foras spectantibus* —. Verisimilis Koenii coniectura in notis ad Gregorium de dialectis, p. 42, ut pro: κλήσειν h. l. legatur: κλείσειν, auctoritate quatuor codd. Pariss. confirmatur. — In verbis: ὀπλίτας διεβίβασαν εἰς αὐτήν — quatuordecim codd. recte exhibent consuetam Thucydidi scripturam: διεβίβασαν εἰς αὐτήν —. Conf. dicta ad lib. I, c. 3, et lib. IV, c. 126. Quare etiam infra cap. 12, nonnullorum codicum consensu legendum est: ἕς (non: εἰς) τὴν θαλάσσαν — et: εἰς (non: εἰς) τὴν ξαυτῶν — et c. 108. pro illo: εἰς τὸ νεωτερίζειν — etiam sex codd. exhibent: εἰς τὸ νεωτερίζειν. — In verbis statim sequentibus: καὶ περὶ τὴν ἡπειρον ἄλλους ἔταξαν — sequor undecim codicum lectionem: καὶ παρὰ τὴν ἡπειρον — *ad litus tertae continentis milites collocarunt*, ne facile in terram Athenienses ascenderent. — In verbis demique: καὶ διεβήσαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότερον κατὰ διαδοχὴν — non ferendam esse censeo lectionem: πρότερον. Puto Thucydidem scripsisse: καὶ ἄλλοι προτέρων, *diuexi a prioribus.* Nam aperte indicat Thucydides, vario temporis interuallo milites diuersos adiisse insulam, ut eam custodirent, prioribus, qui antea vigiliis egerant, inde reuersis. Quare

in sequentibus adiecit, ultimos, qui ibi tandem diutius remanserint, quadringentorum et viginti militum aequasse numerum.

Cap. 9. Ὀπίσται τε τῶν Μεσσηνίων τούτων ὡς τεσσαράκοντα ἐγένοντο —. Aptior erit lectio huius loci: ὀπίσται δὲ τῶν Μεσσηνίων —, quamquam codicum deest auctoritas.

Cap. 10. Μηδεις ὑμῶν — βουλέσθω δοκεῖν εἶναι ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστῶς ἡμᾶς θεινόν, μᾶλλον, ἢ ἀπερισκεύτως εὐελπίς ὁμοσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις —. Lectio difficilior ideoque etiam verisimilior plurimorum codicum est: μᾶλλον δ' ἀπερισκέπτως —. Alii legunt: μᾶλλον ἀπερισκέπτως —. In omnibus his saltem particula: ἢ deest. Etiam Scholiastes sine illa particula: ἢ explicat hunc locum: ἀλλὰ τοῖς ἐναντίοις θαρσαλέως ἀντιπατέσθω —. Praeterea non negligenda est nouem codicum lectio: ὁμοσε χωρήσας —. Tunc illud participium apte conuenit cum reliquis huius loci participiis: ἐκλογιζόμενος — περιγενόμενος —, quae omnia ex illo: βουλέσθω δοκεῖν εἶναι — pendent. — In verbis: τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ζυμμαχον γίγνεται — omnes fere codices omittunt: ὃ ante: μενόντων. Quae omissio etiam locum habere potest, si post: νομίζω colon ponitur. Nam illud: ἡμέτερον iam sequentibus verbis: ζυμμαχαν et: εὐποραν explicatur.

Cap. 12. Ἐξ τούτου τε περιέστη ἡ τύχη, αἴστε Ἀθηναίους — ἀμύνεσθαι —. Sequor lectionem trium codd. Pariss.: ἐξ τούτου τότε περιέστη ἡ τύχη —, quae huic loca est aptissima: Ita mutata est tunc temporis fortuna. Qua lectione admissa illud otiosum: τε perit. Etiam in sequentibus, ubi uberius haec explicat, legimus: ἐν τῷ τότε —.

Cap. 14. Ὅτι περ' αὐτῶν οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάναντο ἐν τῇ νήσῳ —. Illud: περ' non a Thucydide scriptum esse videtur. Quare cupide amplector duorum codd. Dan. et Mosqu. lectionem: ὅτι περ' αὐτῶν οἱ ἄνδρες — νήσῳ ab iis in insulam missi nunc interciperiebantur classe Atheniensium. — In verbis sequentibus: ἀνθεῖλλον, ἀπελαμβάνόμενοι τῶν νεῶν — cum Vindob. adhuc sexdecim libri legere iubent: ἐπιλαμβάνόμενοι τῶν νεῶν —, quod iam, ut Kistemakerus doctissimus adnotauit, pra-

pter sonum ingratum in verborum: ἀνθεϊλικὸν ἀντιλαμβανόμενοι — coniunctione est praeferendum.

Cap. 15. Τὰ τελέη — βουλευεῖν πρὸς τὸ χροῖμα ὁρῶντας, ὃ, τι ἂν δοκῇ. Concedo quidem, apte explicari posse illud: πρὸς τὸ χροῖμα —, sed codicum auctoritas adversatur. Quare cum Vallae libro, Vindob. et aliis praeterea quindecim codd. legendam est: βουλευεῖν παραχροῖμα ὁρῶντας —. Huic loco simillima et ad confirmandam codd. lectionem optissima est descriptio, quam Thucydides supra lib. I, c. 158. de Themistocle prudentia plenissimo protulit: τῶν δὲ παραχροῖμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κρείττοτος γνώμων —. In verbis sequentibus: κινδυνεύειν οὐκ ἔβουλοντο ὑπὸ λιμοῦ τε παθεῖν αὐτοὺς, ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας ἢ κρατηθέντας — plurimorum quoque codicum consensus lectionem commendat aptiorem: οὐκ ἔβουλοντο ἢ ὑπὸ λιμοῦ τε παθεῖν αὐτοὺς ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας κρατηθῆναι. Nam quatuordecim codices particulam: ἢ ante verba: ὑπὸ λιμοῦ adiiciunt. Lectionem: βιασθέντας κρατηθῆναι cura Vindob. adhuc tredecim codices exhibent. Tres vero, qui inepte legunt: βιασθέντας ἢ κρατηθῆναι —, ad eandem confirmandam quatuordecim codicum lectionem conferunt. In lectione recepta inprimis etiam argutiae, quae in distinctione verborum: βιασθέντας ἢ κρατηθέντας laterent, me offendunt.

Cap. 16. Ὅ, τι δ' ἂν τούτων παραβληθῶσιν ἐκάτεροι καὶ ὅτιον —. Praefero cum Abreschio lectionem quinque codicum: ὅτε δ' ἂν τούτων —. Nam non solum: τότε sequitur, sed ingrata est etiam repetitio: ὃ, τι — καὶ ὅτιον —.

Cap. 19. Πικρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι πρὸς τὸ ἐπιεικὲς, καὶ ἀρετῇ αὐτὸς νικῶσας παρὰ ἃ προσεδέχεται, μετρίως ξυλλαγή. Difficilior sed propterea etiam magis vera lectio: καὶ ἀρετῇ αὐτὸ νικῶσας — a codicibus Vindob. Cass. Cl. Dan. Aug. Mosqu. et tribus Paris. adfertur. Alii quatuor codices, qui legunt: αὐτὸν νικῶσας —, ad eandem lectionem: αὐτὰ confirmandam conferunt. Sensum huius loci Scholiastes optime expressit, qui etiam illud: αὐτὸ in suo codice legit. Quando licuerit idem facere (ut ini- quae pacis condiciones scribantur) lenitatis loco (πρὸς h. l. comparisonem lenitatis cum saevitia inuoluit) ἀντι- πρὶ magnitudine adeo (καὶ ἀρετῇ) hoc (hanc saevitiam

in pace ignominiosa conspicuam) *superat et contra quam timuerat et exspectauerat hostis* (statim in sequentibus diserte adiectum est: ὁ ἐναντιος) *moderatis conditionibus cum eo reconciliatur.* — In verbis ultimis: περὶ καὶ τὴ ταῖς μὲν ἐκουσίως ἐνδούσιν ἀνθησαῖσθαι — a Thucydide scriptum fuisse censeo: περὶ καὶ γὰρ τοῖς μὲν ἐκουσίως — solent saltem homines, natura duce, vicissim cedere sponte remittentibus.

Cap. 20. *Ἀνάγκη αἰδίων ὑμῖν ἔχθραν πρὸς τῇ κοινῇ καὶ ἰδίαν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ στερηθῆναι, ὡν νῦν προκαλούμεθα.* Non opus est in his Fr. Porti coniectura, ut sine librorum consensu pro: ὑμῖν legamus: ἡμῖν. Nam aperte suppleri potest ἡμᾶς ex antecedentibus ad verba: ἔχθραν ἔχειν et illud: ὑμῖν est datiuus incommodi notam inuolvens. Sed pro illo: ἡμᾶς δὲ στερηθῆναι necessario legi debet: ὑμᾶς δὲ στερηθῆναι. — Nam intelligit orator amicitiam Lacedaemoniorum, sicut ipse in sequentibus explicat: Λακεδαιμονίους ἔξεστιν ὑμῖν φίλους γενέσθαι βεβαίως, αὐτῶν τε προκαλεσαμένων. Illa igitur priuatum iri Athenienses, si nunc pacem inire nollent. Lectionem: ὑμᾶς etiam codices Vallae, Ar. C. Bar. Cl. Gr. Aug. Cass. Ald. Flor. Bas. et septem Parisa. confirmant. — In verbis: πολεμοῦνται γὰρ ἀσαφῶς ἀποτέρων ἀρξάντων — duodecim codicum aptior lectio: πολεμοῦνται μὲν γὰρ — est recipienda. Nam sequitur: καταλύσεως δὲ γενομένης —. Etiam Scholiastes hanc duodecim codicum lectionem protulit. — In verbis: χαρισάμενοις τε μᾶλλον ἢ βιασαμένοις — non possum cum Leuesquio Lacedaemonies intelligere, qui modo indicati sunt in verbis proximis: αὐτῶν τε προκαλεσαμένων —, sed refero illos datiuos ad antecedens: ὑμῖν et explico de Atheniensibus, qui non vi facta et plane deuictis Lacedaemoniis, sed propter beniuolum erga illos animum cum Spartanis pacem inire deberent.

Cap. 21. *Δέξασθαι τε ἀσμένως καὶ τοὺς ἄνδρας ἀποδώσειν* —. Omnium fere codicum auctoritate legendum est mutato ordine: ἀσμένως δέξασθαι τε καὶ —. Ad verbum; δεομένων — in illis: δεομένων τι μᾶλλον σπονδῶν — male suppleuit Scholiastes: τῶν Λακεδαιμονίων, cum potius supplere debuisset: τῶν Ἀθηναίων. Conferatur narratio lib. I, c. 114 et c. 115. proposita.

Cap. 25. *Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἡπείρῃ στρατοπέ-*

δεύομενοι —. Decem codd: postalant, ut edatur: *ἢ τὴν ἀπὸ ἡπείρου* —, quod apte cum sequenti: *καὶ προσβολὰς ποιούμενοι* — potest coniungi.

Cap. 24. *Τῶν Ἀθηναίων τε οὐκ ἀνεῖναι ἐφορμεῖν καὶ τοῦ πορθμοῦ κρατεῖν* —. Quatuor codd. Reg. Casa. Gr. Aug. aptius legunt; *οὐκ ἀν εἶναι ἐφορμεῖν*, sicut etiam Abreschius, Heilmannus et Leuesquius, legere iusserunt. Gailius tamen in sua editione elegantissima non indicavit, ita in codice regio legi. — In verbis: *τὸ Ἀργεῖον ἡλιζον* — *ραδίως χειρωασθαι* — sequor nouem coddicū auctoritatem, qui legunt: *ραδίως χειρωασθαι*. Nam constat, post verba opinandi saepe pro futuris poni aoristos. Ita in epist. ad Rom. c. XV, 24; *ἐλπίζω καθ' ὅσπασθαι ὑμᾶς*. Alia exempla suppeditabunt infra cap. 52 et c. 120. Conf. etiam notam ad lib. VII, c. 21. — In verbis: *καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο, ἢ Ὀδυσσεὺς λέγεται διαπλεῦσαι* — non video, quo illud: *τοῦτο* referatur, cum antea *πορθμός* ponatur. Puto igitur Thucydidem scripsisse: *ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τὸν πορθμὸν, ἢ Ὀδυσσεὺς* — atque illud: *τοῦτο* ad: *πορθμός* refero: *Habet illud fretum quoque Charybdim ita dictam, qua parte Ulysses nauibus traiecisse dicitur*. — Ad ultima denique verba: *ἐσπληττοσα ἢ θάλασσα ἐς αὐτὴν* — suppleo ex antecedentibus: *τὸ πέλαγος*. Nam antecesserat: *ἐκ μεγάλων πελαγῶν, τοῦ τε Τυρσητικοῦ καὶ τοῦ Σικελικοῦ*.

Cap. 25. *Ἀπέπλευσαν* — *ἐς τὰ οἰκεία στρατόπεδα τότε, ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ καὶ ἐν τῷ Πηγίῳ μίαν ναῦν ἀπολέσαντες* —. Hoc loco mutanda est verborum interpunctio, sicut ut iam egregie Kistemakerus celeberrimus adnotauit. Nam comma post: *τότε* subiatum ante: *μίαν ναῦν* poni debet. — In verbis: *μετὰ δὲ τοῦτο οἱ μὲν Λοκροὶ ἀπῆλθον ἐκ τῆς τῶν Πηγίων* — eijcienda est vocula: *τῶν*, undecim librorum auctoritate. Quatuor autem Paris. male legunt: *ἐκ τῶν Πηγίων* —. In verbis: *τῶν Συρακοσίων ἐμβάντων ἐς τὰς ναῦς* — Vindob. cum aliis decem codd. legere iubet: *ἐσβάντων ἐς τὰς ναῦς* —. Nam utraque dicendi ratione: *ἐμβῆναι* et: *ἐσβῆναι* Thucydides utitur et librarii particulas: *ἐς* et: *ἐμ* — in verbis compositis saepenumero permutarunt, ut Wassius ad h. l. docuit. Eodem modo in verbis: *οἱ μὲν Ἀθηναῖοι κατὰ τὸν λιμένα ταῖς ναυσὶν ἐπετρῶντο* — dicendi ratione etiam in Thucydide obuia legendum censeo: *ταῖς ναυσὶν ἐπετρῶντο*.

Ita enim cum Scholiastae libro et Vindob. adhuc quatuordecim codices scripserunt atque etiam Gottleberus in nota ad lib. I, cap. 61. hanc lectionem defendit,

Cap. 27. Πάντων τε ἐφοβοῦντο μάλιστα τοὺς Λακεδαιμονίους — Singularem vim h. l. obtinet septem codicum lectio: πάντων δὲ ἐφοβοῦντο μάλιστα —, quare illa non est negligenda. — In verbis: ἤρεθη κατάσκοπος αὐτὸς μετὰ Θεογένους ὑπὸ Ἀθηναίων — non negligenda est septem codicum lectio: μετὰ Θεογένους —. Nam longe saepius nomen Theagenis inter Athenienses occurrit. Quare etiam h. l. admitti debet, sicut lib. I, c. 24 et c. 19. Quamquam enim in utroque capite eiusdem viri mentio iniicitur, tamen c. 19. quinque codd. Pariss. etiam male exhibent: θεογένης. Ex quibus locis simul, permutata fuisse ab imperitiis librariis haec duo nomina: Θεογένης et: Θεογένης, adparet. — In verbis: ὅτε ἀναγκασθήσεται ἢ ταῦτα λέγειν, οἷς διεβαλλεν, ἢ τείναντ' εἰπὼν, ψευδῆς φανήσεται — verisimile mihi esse videtur, Thucydidem scripsisse: ψευδῆς φανήσεται. Nam non facile haec duo: ἀναγκασθήσεται φανήσεται coniunxisset.

Cap. 28. Ταῦτα δὲ ἔχων, ἔφη, πρὸς τοὺς ἐν Πύλῳ στρατιώτας — Quatuordecim libri lectionem magis veteram: ἔφη, πρὸς τοῖς ἐν Πύλῳ στρατιώταις, praeter illos milites, qui ad Pylum essent, proferunt, quam etiam interpretes comprobant. — Ita etiam in verbis: δυνεῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἐτίρου τεύχεσθαι — necessario recipienda est lectio Thucydidi satis consueta: δυοῖν ἀγαθοῖν —, quam cum Vindob. et quinque Pariss. etiam reliqui codices quam plurimi exhibent.

Cap. 29. Τῶν τε ἐν Πύλῳ στρατηγῶν ἓνα προσελόμενος — Particulam: τε duo codices C. et Dan. ignorant. Nemo certe illam h. l. desiderabit, aut particula: γε, centies a librariis cum illa: τε permutata, h. l. longe aptius adhiberetur. — In verbis: φάσμα καὶ ἡ νῆσος ἐμπρησθεῖσα παρεῖχε — novem codices exhibent: ἐμπρησθεῖσα παρέσχε — robur addiderat — quod ad h. l. bene quadrat. Quamquam inter illos novem codd. etiam est regius, tamen eius mentio non a Gallio est iniecta. — In verbis: κρείττους ἐνόμισε τῶν πλεόνων ἀπέμων λανθάνειν τε ἂν τὸ ἐπιπέδον στρατόπεδον, πολὺ δ' — particula:

τε nihil habet, ad quod referatur. Forte Thucydides scripserat: κρείττους τ' ἐνόμιζε —.

Cap. 30. Κατιδὼν πλείους ὄντας, ὑπονοῶν πρότερον, ἐλάσσοσι τὸν σῆτον αὐτοῦ ἐσπέμπειν, τότε ὡς ἐπ' ἀξιοχρεῶν τοὺς Ἀθηναίους μᾶλλον σπουδὴν ποιεῖσθαι —. Varia interpretandi et emendandi ratio, quam h. l. interpretes protulerunt, iam indicare videtur, quoddam scripturae vitium subesse. Mea quidem sententia particula: τε ante: ὡς ἐπ' ἀξιοχρεῶν — excidit, quod propter ultimam particulae: τότε syllabam facile fieri potuit. Tunc bene inter se cohaerent: τοὺς τε Λακεδαιμονίους — τότε τε ὡς ἐπ' ἀξιοχρεῶν — τὴν τε νῆσον —. Illud: σπουδὴν ποιεῖσθαι propter orationem contextam explico: diligentiam adhibere debere. Iam sensus erit: Cum ita videret, Lacedaemonios esse numero plures (suspiciatus enim prius erat, ceterum eo longe minoribus numero mit-ti,) et iam Athenienses maiorem contra hostes minime contemnendos diligentiam adhibere debere; in insulam vero facilius escendi posse: ad eam inuadendam adparatus fecit etc.

Cap. 31. Οὐ προσδεξαμένων δὲ αὐτῶν, μίαν μὲν ἡμέραν ἐπέσχον —. Non negligenda est exquisitior nouem codicum scriptura: οὐ προσδεξαμένων δὲ, αὖ μίαν μὲν ἡμέραν — vicissim uno quidem die morabantur. — In verbis: τῇ δ' ὑστεραία ἀνηγάγον μὲν — puto quidem, defendi posse illud: ἀνηγάγον. Cum vero duodecim codicum auctoritas lectionem magis consuetam: τῇ δ' ὑστεραία ἀνηγάγοντο μὲν — tueatur, hanc cum Dukero et Kistemakero recipiendam esse censeo. — In verbis: ἐκ τε τοῦ πελάγους καὶ πρὸ τοῦ λιμένος — cum Dukero quoque et Kistemakero aptiorem praefero octo codicum lectionem: καὶ πρὸς τοῦ λιμένος — a portu inde — quod accurate respondet illi: ἐκ τε τοῦ πελάγους —. In verbis: μέρος δέ τι οὐ πολὺ αὐτοῦ ἔσχατον ἐφύλασσε — neque ad vocabulum: αὐτοῦ supplendum censeo: Ἐπιτάδου — neque cum Banero legendum esse: αὐτό —. Sed suppleo: τόπου, ibi, sicut in verbis capituli anteced.: τὸν σῆτον αὐτοῦ ἐσπέμπειν — et cum quindecim codicibus lego: αὐτοῦ τὸ ἔσχατον ἐφύλασσε —. Denique in verbis: εἰ καταλαμβάνοι ἀνυχωρήσεις βεβαιωτέρου — etiam cum Dukero aliisque defendo codicum Vindob. Cl. C. Av. Cass. Mosqu. Aug. trium Paris. et Vallae lectionem maxime conue-

nientem: ἀναχώρησις βριαυτέρα —. Unus Paris. indicat falsa lectione: βριαυτέρα, unde vulgatae lectionis origo sit repetenda.

Cap. 32. Διαφθίρουσιν, ἐν τε ταῖς εὐναῖς, ἐτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὄπλα, καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν —. Varia interpretandi et emendandi ratio, quam de hoc loco excogitarunt interpretes, inprimis ex interpunctione perturbata originem traxisse videtur. Equidem tollendum censeo punctum post: ὄπλα, ut particulae: τε et: καὶ cohaereant, et verto: *interficiunt adhuc in cubili prostratos, cum arma sua arripere, quia ipsos etiam latuerat illa Atheniensium in terram escensio.* — In verbis: ἅμα δὲ ἔφ' γιγνομένη, καὶ ὁ ἄλλος στρατὸς ἀπέβαινον — πάντες — non verisimile est, aurora orta demum illos milites in terram e nauibus escensisse, quia tunc facilius ab hoste animaduerti eorum aduentus et impediti potuisset. Quare amplector quatuordecim codicum lectionem: ὁ ἄλλος στρατὸς ἐπέβαινον — πάντες, ex reliquo exercitu omnes impetum fecerunt. Eandem lectionem quoque Vindob. et Vallae liber tuentur. Nam Valla vertit: *reliquus exercitus superuenit.* — In verbis: ὅπως ὅτι πλείστη ἀπορία ἢ τοῖς πολεμίοις, πανταχόθεν κεκλωμένοις, καὶ μὴ ἔχουσι, πρὸς ὃ, τι ἀντιτάσσονται — etiam undecim libri legunt: πανταχόθεν κεκλωμένοις —. Quo vocabulo etiam alibi Thucydides utitur, neque verum est, undique cinctos fuisse hostes ab Atheniensibus, sed tantum in pugna ineunda impeditos, quia et a fronte et a tergo et a latere iis instabant Athenienses. Sequor igitur tot codicum meliorum consensum. Ita capite sequenti 33. de hostibus dicitur: ἐκατέρωθεν βάλλοντες εἶργον —. Sed etiam nostro loco Thucydides illud: κεκλωμένοις statim verbis adiectis: καὶ μὴ ἔχουσι, πρὸς ὃ, τι ἀντιτάσσονται — explicat. Reiiicio enim vulgatam: μὴ ἔχουσι —. Quae lectione recepta ingratus subiunctiuorum concursus in h. l. apte euitatur. — Quid denique in verbis: καὶ οἱ ἀποράτατοι τοξείμασι καὶ ἀκοντίοις καὶ λίθοις καὶ σφενδόλαις, ἐκ πολλοῦ ἔχοντες αἰκὴν — sibi velit vocabulum: ἀποράτατοι, Dukerus ingenue fatetur, se ignorare. Non negari potest, nimis artificiosas esse Scholiastae aliorumque doctorum interpreta-

siones de hoc loco prelatas. Mihi quidem emendatione huius vocabuli a Thucydide haud dubie h. l. non prolata opus esse videtur. Valde igitur mihi arrisit coniectura, a me excogitata, ut legatur: *καὶ οἱ πορρωτάτοι τοξείμασιν* — *et longissime remoti ex magno, quo tela iaculabantur, intervallo graue iis robur addebant.* Saltem mihi persuasum est, eiusmodi lectionem esse orationi contextae in nostro loco quam maxime adcommodatam.

Cap. 33. *Ἡ μάλιστα αὐτοῖς προσθέοντες προσκείντο* —. Haud dubie, elegantior est veto codicum scriptura: *αὐτοῖς ἐπιθέοντες προσκείντο* —, quae iam Kistemakero doctissimo placuit. Ubique obuius est libroriorum error, ut celeritate abrepti similia vocabulorum compositorum forment initia. — In verbis ultimis: *οὐκ ἐδύναντο διώκειν, ὅπλα ἔχοντες*. — non negligenda est magis Attica septem librorum lectio: *οὐκ ἠδύναντο διώκειν* —.

Cap. 34. *Ἀποκεκλήμενοι μὲν τῇ ὄψει τοῦ προοράν* —. Attendi debet scriptura probabilior duorum codd.: *ἀποκεκλιμένοι*, sicut in capitis 35 verbis: *ἐγκλησαντες ἐχώρησαν* — quatuor codices scripturam magis veram: *ἐγκλείσαντες* — tuentur. Conf. dicta ad lib. IV, cap. 8.

Cap. 35. *Πολλῶ ἔτι πλέον βοῇ τεταρβηκότες οἱ υἱοὶ ἐπέκειντο* —. Vindob. et sex Pariss. cum aliis decem libris lectionem longe aptiorem suadent: *πολλῶ ἔτι πλέον βοῇ* —. Etiam Valla ita legit, quia vertebat: *leuiter armati longe maiore clamore et audacia instare.*

Cap. 36. *Κατὰ τὸ αἰὶ παρῆκον τοῦ κρημνώδους τῆς κρήνου προσβαίνων* —. Quamquam concedo, sicut docte ad h. l. Dukerus explicauit, vocabulum: *παρῆκειν* imprimis adhiberi de locis, quae aliquo extenduntur et pertingunt: tamen cum Gottlebero praefero lectionem decem codicum, quibuscum etiam Vindob. et Scholiastes consentiunt, ut legatur: *τὸ αἰὶ παρῆκον τοῦ κρημνώδους* —. Sensus huius vocabuli est aptissimus huic loco, si interpretationem Scholiastae sequimur: *τὸ ἐνδιδοῦν καὶ ἀνάβασιν παρέχον*. Ad hoc vocabulum etiam melius quadrat illud; *αἰὶ*: ad loca, quae semper incedentibus cedebant siue transitum mittebant. Maior erit difficultas de interpretatione particulae: *αἰὶ* hoc loco, si lectionem: *παρῆκειν* retinemus.

Cap. 37. *Ἐκήρυξαν τε, εἰ βούλοιντο τὰ ὅπλα παρα-*

δοῦναι — Forte antea scriptum legebatur: ἐκήρυξαν
χε, εἰ βούλοιντο —.

Cap. 38. Καλούντων ἐκ τῆς ἡπίστου κήρυκας καὶ γενο-
μένης ἐπερωτήσεως δις ἢ τρις ὁ τελευταῖος — ἀπήγγειλεν —.
Codices Ar. Gr. Ald. Flor. Baa. et tres Pariss. legunt: γε-
νομένων ἐπ' ἐρωτήσεως. Dan. habet: γενομένων ἐπε-
ρωτήσεως. Marg. Cass. C. Cl. Aug. et quinque Pariss.
scribunt: γενομένων ἐπερωτήσεων —. Mosqu. exhibet: γε-
νομένων ἐπερωτημάτων —. In tanto codicum dissensu
saltem adparet, omnes legere: γενομένων pro illo: γενο-
μένης. Quod cum a librariis insciis non bene cum sin-
gulari: ἐπερωτήσεως coniungi posset, propterea correxe-
runt: ἐπερωτήσεων. Sed longe praeferenda est, sicut iam
Aem. Portus statuit, codicum primo laudatorum lectio:
γενομένων ἐπ' ἐρωτήσεως — cum illi praecones bis terue
de interrogatione aduenissent —.

Cap. 39. Καὶ ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἄλλα βρώματα
ἐγκατελείφθη —. Vindob. cum tribus Pariss. et quatuor
aliis libris et haud dubie etiam cum Scholiasta legit:
βρώματα ἐγκατελήφθη —. Scholiastes enim simul
haec verba adiecit: ὡς ἐγένετο δῆλον ἐκ τῶν εὐρεθέντων σι-
τίων —. Hanc igitur lectionem: ἐγκατελήφθη praefero
cum Dukero, quia melius antecedenti: καὶ ἦν σῖτος —
respondet, quod frumentum non tam relictum, quam
adhuc adfuisse in insula indicat.

Cap. 42. Ἐφ' ὃν Δωριῆς τοπάλοι ἰδρυθέντες —. Le-
gendum est undecim codd. auctoritate: ἐφ' ὃν Δωριεῖς
—. Eandem lectionem etiam lib. I, c. 12 et lib. VI, c.
80. plurimorum codicum consensus defendit. — In ver-
bis: προπυθόμενοι δὲ Κορίνθιοι ἐξ Ἀργούς — alio ordine
quam plurimi codd. scribere iubent: Κορίνθιοι δὲ προπυ-
θόμενοι ἐξ Ἀργούς —.

Cap. 43. Οἱ δὲ ὑποχωρήσαντες πρὸς αἰμασίαν —
ἐπίσταν αὐθις —. Ineptum funderet sensum illud: ὑπερ-
χωρήσαντες —. Tredecim codices, Vindob. Cl. Gr. Cass.
Aug. et octo Pariss. lectionem meliorem, etiam a Du-
kero comprobata: οἱ δὲ ὑποχωρήσαντες πρὸς —
exhibent. Etiam Valla ita haud dubie legit. Nam ver-
tebat: cum ad maceriam usque cessissent. — In ver-
bis: ἐν χερσὶν πάλιν ἦν ἡ μάχη — alium verborum ordi-
nem: ἐν χερσὶν ἦν πάλιν ἡ μάχη tredecim codices prae-
scribunt.

Cap. 44. Ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐπεὶ ἐβιάσθη —. Colon post: τρόπῳ haud dubie est tollendum, ut iam Abreschius monuit, ut haec verba cum illis: ἐπεὶ ἐβιάσθη — cohaereant. Verto illud: τούτῳ τῷ τρόπῳ, in illo rerum statu, sicut adfuit lib. I, cap. 8. in verbis: καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἦδη ὄντες —, In verbis antecedentibus: οἱ πλείστοι τε ἀπέθανον αὐτῶν — octo codd. ordine verborum magis consueto legunt: οἱ πλείστοι τε αὐτῶν ἀπέθανον —. In verbis: τοὺς τε ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐσκύλευον καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀνηροῦντο — cum aliis octodecim libris etiam Vindob. omisit vocabulum: ἀλλοτρίους. Quod licet Wassius adhuc defendere, tamen cum Abreschio efficiendum censeo. Nam infra libro V, c. 74. eadem verba etiam sine illo additamento leguntur. — Denique in verbis: πλὴν θυεῖν, οὓς ἐγκατέλιπον μὴ δυνάμενοι εὐρεῖν — codicum plurimorum auctoritate, quibuscum etiam Vindob. consentit, legendum est: πλὴν δυοῖν, οὓς ἐγκατέλιπον, οὐ δυνάμενοι εὐρεῖν — sicut etiam linguae Graecae consuetudo postulat. Eodem modo cap. 47. emendari debet: δυοῖν στολοῦν —, sicut ibi praeter multos codices etiam Scholiastes legit. Vid. dicta ad lib. I, c. 20.

Cap. 46. Μέχρις οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν —. Septem codices, Aug. Cass. Gr. Mosqu. et tres Pariss. legunt: μέχρι οὗ —, quod more Thucydidis est praeferendum. Conf. dicta ad lib. IV, cap. 4. Ita lib. IV, c. 41, in verbis: μέχρις οὗ τι ξυμβῶσιν — sex codd. postulant lectionem: μέχρι οὗ —. Etiam ita lib. V, c. 26, in verbis: μέχρις οὗ τὴν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν — sex codd. veram lectionem: μέχρι οὗ τὴν — tuentur, et eodem capite in verbis: καὶ μέχρις οὗ ἐτελεύτησε — octo codices legunt: μέχρι οὗ —. In verbis: ὡς κατὰ εὐνοίαν δῆθεν λέγειν — Vindob. cum sexdecim aliis libris exhibet: κατὰ εὐνοίαν δῆ λέγειν —. Quam lectionem non reiicio, quia illud: δῆθεν iam in particula antecedenti: ὡς est expressum. — In verbis denique: ὅτι κράτιστον αὐτοῖς εἶη ὡς τάχιστα ἀποδορᾶναι omnes offendere debet forma minus consueta verbi: ἀποδορᾶναι. Quare eius loco recipienda est lectio duodecim codicum: ὡς τάχιστα ἀποδρᾶναι.

Cap. 48. Ἐπειδὴν ἡμέρα ἐγένετο —. Octo Pariss. Aug. et Vindob. vocabulum magis consuetum: ἐπεὶ ἰδῆ.

ἡμέρα ἐγένετο — adferunt; quam veram lectionem etiam indicatius: ἐγένετο defendit.

Cap. 49. Καὶ ἐπέμψαντες Κορινθίους αὐτοὶ Ἀκαρνανεὺς οἰκήτορας ἀπὸ πάντων, ἔσχον τὸ χωρίον — Magna est inter interpretes dissensio, utrum h. l. plurimorum codicum auctoritate legendum sit: οἰκήτορας, an emendemus: οἰκήτορες, sicut etiam quinque codices exhibent. Licet negari non possit, verborum ordinem linguae Graecae legibus ita constitui posse h. l., ut vocabulum: οἰκήτορας (h. l. *pristinos incolas*) ad: Κορινθίους referatur: tamen illud: ἀπὸ πάντων melius connectitur cum lectione quinque codd.: οἰκήτορες, et alias, inprimis in vicinia istius vulgatae lectionis: οἰκήτορας, non idoneum admitteret sensum, nec haberet quidquam, unde penderet. Iam sensus horum verborum erit: *ipsi Acarnanes tanquam incolae ex omnibus suae terrae locis congregati* (Scholiastes: Ἀφ' ἐκάστης πόλεως Ἀκαρνανίας) tenuerunt hanc regionem.

Cap. 51. Ποισάμενοι μέντοι πρὸς Ἀθηναίους πιστεῖς καὶ βεβαιώτητα, ἐκ τῶν δυνατῶν, μηδὲν περὶ σπᾶς νεώτερον βουλευσῆναι: Quamquam Chii iam foedere sanctissimo Atheniensibus confirmauerant, se, quantum in eorum potestate sit positum, nulla de rebus nouis consilia contra Athenienses esse agitururos. Hanc Vallae interpretationem cum Dukero longe illi praefero, qua Chii dicuntur ab Atheniensibus hanc pacti conditionem sibi expetiisse, ne quid in pristino suae ciuitatis statu innouarent. Nam cum Chii noua munimenta Atheniensium iussu demoliri cogerentur, non verisimile est, eos Atheniensibus tales pacti condiciones scribere potuisse, aut tales ab Atheniensibus esse admissas. Praeterea illud: ἐκ τῶν δυνατῶν longe melius ad Chios quam ad Athenienses refertur. Nam in Atheniensium quidem potestate erat positum, ut Chiis parcerent, sed Chiis non tam facile erat, ut omne rerum nouarum studium inter singulos ciuium suorum excitatum opprimerent. Porro verba: νεώτερον βουλευσῆναι aperte respondent antecedentibus: τί νεώτεροῦ; quare etiam simili sensu de rerum nouarum studio sunt explicanda, cum inprimis illud: νεώτερον plerumque sensu malo adhibeatur, ut Thucyd. lib. I, c. 132. Herodot. lib. V, c. 19, ideoque ad Athenienses rerum dominos minus apte possit referri. Deni-

que verba: *περὶ σφᾶς*, si non ad Athenienses, ut equidem affirmo, sed ad Chios spectarent, ex Thucydidis consuetudine potius cum: *αὐτοὺς* essent coniuncta, ut legeretur: *περὶ σφᾶς αὐτοὺς*, sicut infra cap. 54 et alibi occurrit.

Cap. 52. *Ἀπέδοσαν πάλιν, μηδὲν ἀδικήσαντες* —. Octo codices legunt: *οὐδὲν ἀδικήσαντες* —, quod praefero, quia eo magis in uniuersum adfirmatur. — In verbis: *καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ φροδίως ἀπὸ αὐτῆς ὀρμώμενοι* — quinque codd. Pariss. Vindob. Cass. Gr. Aug. legunt: *καὶ τῇ ἄλλῃ σκευῇ φροδίως* —. Phauorinus illud: *σκευῇ* explicat vocabulo: *πανοπλία*. Cuius significatus exempla etiam in Thucydidē occurunt. Ita lib. III, c. 94, laudatur: *τὸ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνος σκευῇ πολλῇ χρωόμενον* —. Aperte autem nostro loco vocabulum: *ἄλλη* ad nates refertur, quarum facile instruendarum modo mentionem iniecerat. Quare sub illo: *σκευῇ* h. l. non solum nauium armamenta, sed ipsa etiam militum iis impositorum arma intelligo, quibus facile Lesbium adgredi possent Lesbiorum exules. Si illam igitur interpretationem sequimur, admitti potest haec nouem codicum lectio. — Etiam in verbis: *κακώσειν καὶ τὰ ἐκ τῇ ἠπειρῶν Αἰτωλικὰ πολίσματα χειρώσεσθαι* — recipiendam censeo lectionem: *πολίσματα χειρώσεσθαι* —, quam cum Vindob. adhuc sexdecim libri proferunt. Ad lib. IV, c. 24, iam adnotati, Graecos saepe tempora diuersa inter se copulare et aoristos inprimis in infinitiuo interdum quoque futurorum loco ponere, si verba opinandi praecesserint. Infinitiuui huius loci pendent ex illo: *ἦν αὐτῶν ἡ δεινότητα*.

Cap. 54. *Καὶ μάχης γιγνομένης ὀλίγον μὲν τινα χρόνον ὑπέστησαν* —. Magis veram lectionem: *μάχης γενομένης* — septem codd. Pariss. et Aug. adferunt. Haud dubie etiam Vallae liber et alii codd. ita legerunt. Vallae enim vertit: *Commisssa pugna* —.

Cap. 55. *Ὅς τὸ μὴ ἐπιχειρούμενον αἰεὶ ἔλλειπες ἦν* — est recipienda nouem codicum auctoritate magis consuetata lectio: *αἰεὶ ἔλλειπες ἦν*. Ita etiam cap. sequenti in verbis: *πρὸς τὴν ἐκεῖνων γνώμην αἰεὶ ἔστασαν* — nonnullorum codicum et Scholiastae lectionem: *αἰεὶ ἔστασαν* — praefero. Conf. dicta ab Lib. III, c. 94. — In verbis: *ἔμπορά τις αὐτοῖς περὶτύχη, ὅσα καὶ ἐν τῇ νήσῳ* — verissimam esse puto Gottleberi doctissimi emendationem, ut

legatur: *οἷα καὶ ἐν τῇ νήσῳ* —, quam quoque duo codices Reg. et Aug. confirmant. Sed Gailius etiam h. l. nihil de lectionis varietate in illo codice Reg. adnotavit.

Cap. 56. *Ἡμῖναντο περὶ Κορύναν καὶ Ἀφροδισίαν* —. Septem codices legunt: *περὶ Κοτύραν*, cuius verae lectionis vestigia etiam in Stephani libro de urbibus occurrunt. Unus Paris. scripsit: *Κοτύραν*. — In verbis ultimis: *πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην αἰεὶ ἕστασαν* — non solum, uti iam adnotauimus, legendum est: *αἰεὶ*, sed duodecim quoque codd. exhibent: *σταῖσι*. Cum iis alii consentiunt, qui mutato ordine scripserunt: *ἐσταῖσιν αἰεὶ* —, et inde tandem vulgata lectio: *ἕστασαν* fluxit. Mihi quidem lectio: *αἰεὶ ἐσταῖσι* non solum propter plurimorum codicum consensum praeferranda esse videtur, sed propterea etiam, quia Thucydidis aetati, qua haec narravit, magis perfecti quam plusquamperfecti notio est adcommodata. Non enim dubitare licet, quin illis adhuc temporibus, quibus haec scripsit Thucydides, magis dediti fuerint Aeginetae Spartanorum ciuitati.

Cap. 57. *Καὶ αὐτοῖς τῶν Λακεδαιμονίων φρουρὰ μία τῶν περὶ τὴν χώραν, ἥπερ καὶ ξυνετελιχε, ξυνεξελθεῖν μὲν ἐς τὸ τεῖχος οὐκ ἠθέλησεν, δεομένων τῶν Αἰγυπτῶν, ἀλλ' αὐτοὺς κίνδυνος ἐφαίνετο ἐς τὸ τεῖχος κατακλείεσθαι* —. Lectionem difficiliorem: *οὐκ ἠθέλησαν, δεομένων* —, quam sexdecim codices exhibent, etiam Dukerus non improbat et inprimis tot codicum auctoritate est recipienda. Eadem lectio etiam comprobatur verbis sequentibus: *ἀλλὰ αὐτοὺς κίνδυνος ἐφαίνετο*. Nam aperte pluralis numerus: *αὐτοὺς* ad illud: *ἠθέλησαν* refertur. Sed plurimi codices pro illo: *αὐτοὺς* adferunt: *ἀλλὰ αὐτοῖς κίνδυνος* —, quod bene ipsos custodes respicit periculum metuentes, atque etiam Dukeri sententia est praeferrendum.

Cap. 61. *Τῷς γὰρ οὐδέποτε σφίσι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν προσβοηθήσαν* . Vindob. et decem aliorum codicum auctoritate legendum est: *τοῖς γὰρ οὐδὲ πώποτε σφίσι* —, sicut iam Wassius suaserat. Facile in aliis codd. excidere potuit media syllaba vocis: *οὐδὲ πώποτε* propter similem, quae eam excipit.

Cap. 62. *Ἡ δοκεῖτε, εἴ τῳ τι ἐστὶν ἀγαθόν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον ἢ πόλεμος* —. In magna explicandi huius loci difficultate, sicut omnes interpretes fatentur, commemoranda aliorum interpretandi et

emendandi ratione supersedeo, quia mihi non persuaserunt. Sed magni facio et unice veram habeo in hoc loco Kistemakeri ingeniosam distinguendi rationem; ut legatur: ἢ δοκεῖ τε, εἴ τω —. Tunc enim illud: δοκεῖ aptissime ad verba: οὐχ ἡσυχία — παῦσαι etc. refertur, et particula: τε, quae vocabulo: δοκεῖ adhaeret, optime respondet particulae: τε in verbis: ἀλλὰ τε ὅσα — conspicuae, quae alias nihil haberet, ad quod respiceret. Ceterum adhuc varia sunt, quae horridam huius loci dictionem, aliorum tamen locorum exemplis non destitutam, testantur. Nam post illud: δοκεῖ primo sequitur infinitivus cum nominatio coniunctus: ἡσυχία — παῦσαι, et deinde infinitivus cum accusatio: καὶ ἔχειν τὴν εἰρήνην. Constat autem, illud: δοκεῖ, sicut Latinum: videtur, utroque modo construi posse. Porro, quia παῦσαι ad: τὰ ἐναντία, et ξυνδιασῶσαι ad: ἀγαθὸν referri debet, quod priori tamen loco positum legitur, etiam illud: παῦσαι non priori, sed posteriori loco deberet esse positum. Denique ad verba: καὶ τὰς τιμὰς ex antecedentibus: οὐχ ἡσυχία μᾶλλον — particula: οὐκ repeti debet, ne interpretatio huius loci sensui plane contraria existat.

Cap. 63. Ἐν δὲ ἀπιστήσαντες, ἀλλοῖς ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρησασθαι τινα, ἀλλὰ καὶ, ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ, οἷς οὐ χρῆ, κατ' ἀνάγκην γιγνώμεθα. Si autem, meis dictis non fide habita, aliorum consiliis obtemperaverimus, non de aliquo ulciscendo cogimur (foedus inire), sed, si vel hoc nobis contigerit, (ut non foedus de aliquo ulciscendo ineamus) tamen cogimur inimicissimis esse amici, et iis quidem, quibus non debet, inimici. Ita mihi quidem huius loci difficultas facile tolli videtur, si verba: φίλοι μὲν ἂν — γιγνώμεθα (nam ita legendum est cum Vindob. et aliis undecim libris pro vulgato: γιγνώμεθα) iam ad verba: οὐ περὶ τοῦ τιμωρησασθαι τινα supplementum.

Cap. 64. Καὶ ἐπιὼν τῷ μᾶλλον ἢ ἀμυνόμενος —. Duodecim libri suadent lectionem: ἢ ἀκυνούμενος —, quae haud dubie est aptior, quia aperte tempus futurum respicitur. Itā etiam Valla in suo libro legebat, quia vertit: bellum magis inferam, quam repellam. — In verbis: Τοὺς δὲ ἀλλοφύλους, ἐπελθόντας ἀθροοί, ἢ σωφρονώμεν, ἀμυνόμεθα — omnes fere codices legunt: ἀθροοί

ἀεὶ, ἢν εὐφρανόμεν —. Eandem lectionem quoque Val-
la sequitur, qui vertit: *si sapiamus, semper coniuncti
propulsabimus*. Wassius ad eandem codicum lectionem
magis suadendam respici iubet illud: τὸ λοιπὸν, quod
statim sequitur in verbis: *ἑμμάχους δὲ οὐδέποτε τὸ λοιπὸν
ἐπαξόμεθα* —. Simili sensu haec particula: αἰεὶ adfuit
lib. I, c. 22, in verbis: *περὶ τῶν αἰεὶ παρόντων τὰ δέοντα
μαλιστα εἰπεῖν, dicere maxime consentanea de rebus,
quae semper*, (seu vario temporis intervallo) *praesentes
aderant*. — Quare non amplius dubitare licet hoc loco
de illa lectione codicum recipienda. Etiam infra lib. IV,
cap. 68, in verbis: *ὁ αἰεὶ ἐντός γιγνόμενος, qui vario tem-
poris successu intrabat*, optimorum codicum auctoritate
pro illo: *ὁ αἰεὶ* legendum est. Plura de huius particu-
lae usu ad eundem locum Dukerus adnotavit.

Cap. 65. *Οὕτω τῇ παρουσίᾳ εὐτυχία χροόμενοι ἠΐδιον* —.
In sexdecim libris legitur: *οὕτω τῇ τε παρουσίᾳ* —, quam
lectionem etiam concinnioem habet Kistemakerus. Mihi
quidem Thucydides scripsisse videtur: *οὕτω τῇ γε πα-
ρουσίᾳ* — *praesenti quidem fortuna prospera gaudisi* —.
Sic etiam capite sequenti in verbis: *ἑνεβήσαν τε πρώτα
μὲν* — legendum puto: *ἑνεβήσαν γε πρώτῳ μὲν* —. Et-
iam cap. 98, huius libri in verbis: *ὑδωρ τε ἐν τῇ ἀνάγκῃ
κινῆσαι* — optime quadrat emendatio: *ὑδωρ γε ἐν τῇ
ἀνάγκῃ* —, et lib. V, cap. 45, ubi legitur: *Πύλον τε αὐ-
τοῖς ἀποδώσειν* —, aptiorem sensum fundet haec emenda-
tio: *Πύλον γε αὐτοῖς* —.

Cap. 67. *Ἐν ὀργῆματι ἐναθίζοντο, ὅθεν ἐπλήθειον
τὰ τελεῖα* —. Memoratu digna est septem codicum, Ar.
C. Cass. Dan. Aug. Vindob. et unius Paris. lectio: *ὅθεν
ἐπλήθεινοντο τὰ τελεῖα, unde sibi lateres ad muros
exstruendos parare solebant*. Qui sensus huic loco est
aptissimus. — In verbis: *καὶ τότε πρὸς ταῖς πύλαις ἦν ἦδη
ἡ ἀμαξα* — praeferendus est elegantior verborum ordo:
πύλαις ἦδη ἦν ἡ ἀμαξα, quem quatuordecim codices ex-
hibent. — Ita etiam in verbis: *καὶ αὐτοὶ ἄμα καὶ οἱ ἑμ-
πρασσόντες* — *φύλακας κτείνουσι* — elegantia maiore com-
mendatur Vindob. et nouemdecim aliorum codicum le-
ctio: *καὶ αὐτοῖς ἄμα καὶ οἱ ἑμπρασσόντες* —. Vallae
liber quoque eandem protulit, quia vertebat: *et cum
ipsis pariter, qui rerum erant socii* —. Non igitur de
hac lectione recipienda amplius dubitandum esse censeo.

Cap. 73. *Καλῆς δὲ ἐνόμιζον ἐπισημῶς ἀμφότερα ἔχειν* — Plenum est hoc caput locorum, quae interpretum ingenia vexarunt. Verba modo allata Bauerus de antecedentibus esse intelligenda censet. Sed sequentia potius sunt comparanda. Nam haec duo, quae Brasidas sibi commo- dum quoddam allatura esse putabat, haud dubie in eo erant posita, 1) ut hostem ad pugnam prouocatum non prius lacessendo periculum ex facto pugnae initio oriturum euitaret, 2) ut in Megarensium animis, si Athenienses sibi obstatam detrectarent pugnam, de victoria sibi vel sine proelio concessa opinionem excitaret. — In verbis vero: *οἱ γὰρ Μεγαροῆς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξατο μὲν* — non Abreschii, Heilmanni aliorumque sententiam amplector, qui longa parenthesi verba: *ὡς οἱ Ἀθηναῖοι* etc. ab antecedentibus: *οἱ γὰρ Μεγαροῆς* separant, sed cum Bauero potius consentio, qui comma post: *Ἀθηναῖοι* collocat, ut haec verba vertantur: *Nam Megarenses, sicut Athenienses, ad muros longos egressi aciem militum quidem instruxerunt, sed pugnam quoque non inceperunt, cum illi (sc. Athenienses) non lacesserent.* Non enim verisimile est, Megarenses, cum Lacedaemonii, eorum socii, pugnam praepararent, in muris inclusos mansisse. Iam post verba: *μη ἐπιόντων* puncto distingui debet, et verba: *λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγῶν* etc. ab antecedentibus separata, de Atheniensium ducibus ita explico, ut *Ἰνδ*: *λογιζόμενοι* pro verbo finito: *ἐλογίζοντο* positum putem, sicut et Graeci et Latini sexcenties participium loco verbi finiti usurpant. — Quod vero scripturam: *Μεγαροῆς* in hoc et sequenti capite attinet, eadem editorum inconstantia animaduertitur, quam de vocabulo: *Πλαταιῆς* in cap. 5, lib. II, et cap. 20, lib. III. obseruauimus. Nam supra lib. IV, cap. 66, recte editum legitur: *Μεγαροεῖς* — Cum igitur non sit verisimile, Thucydidem diuersis locis variam eiusdem vocabuli scripturam adhibuisse, cumque etiam nostro et 73 et 74 capite plures bonae notae codices eandem lectionem: *Μεγαροεῖς* tueantur, ea quoque vulgatae loco erit recipienda. Eodem modo etiam cap. 109. octo codices lectionem: *Μεγαροεῖς* tuentur. Conferantur, quae ad lib. I, cap. 103, de eodem vocabulo iam adnotauimus. — Quod denique verba attinet: *τοῖς δὲ ἐμπύσεως τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος, ἕκαστον κινδυνεύειν εἰκότως*

ἰθέλειν τολμᾶν —, quis ferre poterit discrimen inter verba: *ξυμμάσης τῆς δυνάμεως*, et: *τῶν παρόντων stabilitum*? *Mihī* quidem falsa lectio subesse videtur, ut potius emendemus: *τοῖς δὲ ξυμμάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον* — *inter illos vero in praesenti rerum statu singulas totius exercitus partes* —. Ita lib. V, cap. 40, legimus: *ἐκ τῶν παρόντων κράτιστα πρὸς Λακεδαιμονίους σπονδὰς ποιησάμενοι* —.

Cap. 74. Καὶ πλεῖστον δὴ χρόνον αὐτῆ ὑπ' ἐλαχίστων νεμομένη ἐκ στάσεως μεταστάσις ξυνέμενε —. Octo codd. legunt: ὑπ' ἐλαχίστων γενομένη ἐκ στάσεως μεταστάσις —. Iam Dukerus fatebatur, se nescire, quid sibi velit: *νεμομένη μεταστάσις*. Kistemakerus doctissimus voluit quidem explicare: *administrata* s. *perfecta* a paucissimis rerum mutatio. Sed dubito, an possit hanc significationem idoneis quidem exemplis ex prosaicis Graecorum scriptoribus confirmare. Quamvis enim *νέμεσθαι* de ciuitate et de ciuibus dicatur, qui reguntur: tamen minus consuetum est, ut repentina rerum mutatio *νέμεσθαι* dicatur. Praeterea illud additamentum: *ἐκ στάσεως* in nostro loco longe melius ad lectionem: *γενομένη* quadrat, et plane separatum manebit a reliquis verbis, et lectionem vulgatam *νεμομένη* retinemus. Denique satis adparet, quam facile librarii utramque lectionem: *γενομένη* et *νεμομένη* commutare potuerint, cum in primis illud: *ξυνέμενε*, quod statim haec verba excipit, longe maiorem huic vocabulorum confusione occasionem praeberet. Etiam Vallae liber lectionem: *γενομένη* exhibuisse videtur. Nam vertit: *hic status ex seditione secutus* —. Admitto igitur octo codd. lectionem: *γενομένη* —.

Cap. 75. Δεινὸν εἶναι, μὴ, ὡς περ τὰ Ἄναια, ἐπὶ τῇ Σάμῳ γένηται. Dukerus ad lib. III, c. 19 et c. 32. recte defendit lectionem: τὰ Ἄναια, quamvis in Stephano *de urbibus* hoc oppidum adpelletur: ἡ Ἄναια. Sed alia interpunctione haec verba sunt distinguenda, ut comma post Ἄναια sublatum potius ante γένηται collocetur. Nam *ad γένηται* intelligendum est: *το χωριον Ἀνάνδρου*. Conf. dicta ad lib. VIII, c. 19. — Etiam in verbis: οὕτω δὲ, ξυναγελωσάντες ἀπὸ τῶν ξυμμάχων στρατιάν, καὶ πλεύσαντες, μάχη τε νικήσαντες — post verba: οὕτω δὲ comma est tollendum, quia cum sequentibus arcte cohaerent, et

pro: μάχη τε — legendum esse videtur: μάχη δὲ νικήσαντες —.

Cap. 76. Μινύειον πρότερον καλούμενον, νῦν δὲ Βοιωτίειον —. Scripturam magis veram: νῦν δὲ Βοιωτίειον septem codices, Cass. Gr. Mosqu. Aug. et tres Pariss. exhibent, quam etiam Dukerus in notis suis ad h. l. defendit. — In verbis: πρὸς τῇ Φανότιδι τῆς Φωκίδος — amplector coniecturam Hudsonii, ut legatur: τῇ Φανοτεῖ τῆς Φωκίδος —, sicut etiam infra cap. 89. occurrit: ἀνδρὸς Φωκίως ἐκ Φανότειος —. Legunt quidem h. l. libri omnes: Φανότιδα. Sed facile adparet, quomodo ultima syllaba in Φανοτεῖ a librario male sedulo duplicari poterit.

Cap. 78. Ἀπὸ δὲ τούτου ἤδη μὲν τῶν Θεσσαλῶν ἀγωγὸν πάλιν ἀπῆλθον· οἱ δὲ Περαιβοὶ, αὐτῶν ὑπήκοοι ὄντες Θεσσαλῶν κατέστησαν αὐτὸν ἐς Αἰόν —. Quindecim libri legunt: ἤδη οἱ μὲν Θεσσαλῶν ἀγωγοὶ —, quod cum Kistemakero praefero, quia illi: οἱ μὲν — in sequentibus respondet: οἱ δὲ Περαιβοὶ —. Porro illud: αὐτὸν post κατέστησαν — octodecim libri omittunt. Sed pro verbis: αὐτῶν ὑπήκοοι — habent Cass. et Aug.; αὐτὸν ὑπήκοοι —. Haud dubie igitur, altero: αὐτὸν omisso, Thucydides scripserat: αὐτὸν ὑπήκοοι ὄντες Θεσσαλῶν κατέστησαν ἐς Αἰόν —. Nemo autem lectionem: αὐτῶν ut necessariam in hoc loco desiderabit.

Cap. 80. Ἐτοίμων ὄντων τρέφειν τε καὶ ἐπὶ τῇ ἀποστάσει σφᾶς ἐπικαλουμένων —. Vindob. cum aliis duodecim codicibus articulum: τῇ ἀντὶ: ἀποστάσει omisit. Quare nunc, sicut in aliis locis quam plurimis, legendum est: καὶ ἐπὶ ἀποστάσει σφᾶς —. In verbis: καὶ αἰματῶν Εἰλιῶτων βουλομένοις ἦν ἐπὶ προφάσει ἐκπέμψαι — Scholiastes ad: βουλομένοις ἦν supplēvit: τοῖς Λακεδαιμονίοις, et reliqui interpretes eius explicationem ita sunt amplexi, ut illud: Λακεδαιμονίοις ad βουλομένοις referrent, cum potius ad ἦν respiciatur, et haec: ἦν Λακεδαιμονίοις debeant explicari: poterant Lacedaemonii. Nam tota oratio contexta aliam suadet interpretandi rationem. Aperte agit hic locus de Helotis, quos Spartani, si sponte, facta libertatis promissione, militiam se secuturos esse professi essent, tanquam rerum novarum cupidos clam e medio erant sublaturi. Quare hic locus haud dubie in mendo cubat, et legendum est: τῶν

Ἑλλώτων βουλομένους ἦν — ἐκπέμψαι, poterant illos Helotarum, qui vellent, sub quodam emittere praetextu. — In verbis vero: αἰεὶ γὰρ τὰ πολλὰ Λακεδαιμονίους — καθιστήσαι — legendum est sex codicum auctoritate: αἰεὶ γὰρ τὰ πολλὰ —, sicut etiam Wassius suavit et in plurimis locis praeferrī debet. Conf. dicta ad lib. III, c. 92 et lib. IV, c. 55, c. 64 et c. 92. — Verba: αἰσίων ὄσον ἀξιούσιν ἐν τοῖς πολεμίοις γεγενησθαι σφίαιν ἀριστοί — Diodorus Sic. Bibliothecae Hist. lib. XII, c. 67, ubi doli a Lacedaemoniis excogitati mentionem iniecit, explicat his verbis: τοὺς ἀγαθὸν τὸ πεποιηκότες τῇ Σπάρτῃ. — Verba autem: πείραν ποιούμενος etc. adhuc ad antecedentia, puncto post ἐλευθερώσαντες sublato, pertinent. Nova periodus iterum incipit cum verbis: καὶ προκρίναντες ἐς διαγίλους οἱ μὲν ἐστεφάνωσαντο —. Iam quaestio oritur, ad quos referri debeant verba: καὶ προκρίναντες —. Bauerus quidem ea de Lacedaemoniis, Helotas separantibus, intelligit. Sed antea iam narrabatur, Helotas semet ipsos, si qui fortiter militassent, sponte indicare atque secernere debuissent, quia etiam sine illa professione Helotarum sponte facta ne ipsi quidem Spartani illos tantis certo dignoscere potuissent, qui rerum novarum essent studiosi. Quare verisimile est, verbum: προκρίναντες significatione neutrali indicare: se ipsos Helotae, circiter duo millia numero, a reliquis separantes — et cum sequentibus: οἱ μὲν, commate sublato, coniungi debere. Quam quidem explicationem a me prolatam etiam Scholiastes sequitur. Nam verbis: καὶ προκρίναντες — notam adiecit: ἀπὸ τοῦ προκρίθεντων —. Sed illud: οἱ δὲ οὐ πολλῶν etc. quod sequitur, aperte ad Lacedaemonios ita ab Helotis, sub οἱ μὲν indicatis, separandos referri debet.

Cap. 81. Προῦθυμήθησαν δὲ καὶ οἱ Χαλκιδῆς ἄνδρα ἔν τε τῇ Σπάρτῃ δοκούντι δραστήριον εἶναι —. Non sine causa dubius haeret Bauerus de vera vocabuli: προῦθυμήθησαν explicatione in h. l. Decem codices legunt: προῦθυμήσαν, quam lectionem Graecae linguae usus respuit. Sed forte sub ea latet vera lectio. Equidem arbitror, Thucydidem olim scripsisse: προῦτίμησαν δὲ — ἄνδρα. Qua quidem admissa lectione, omnia erunt plana et apta. Pro illo: Χαλκιδῆς etiam decem codicum auctoritate legendum est: καὶ οἱ Χαλκιδεῖς. Conf. dicta ad cap. 73. — Porro in verbis: ἐς τε τὸν

χρόνον ὕστερον μετὰ τὰ ἐν Σικελίας πόλεμον — amplioctor Dukeri sententiam, ut legatur: ἐς τε τὸν χρόνον ὕστερον — πόλεμον. Etiam decem codices ita legerunt. Neque quisquam maiorem huic lectioni elegantiam inesse negabit. Etiam Valla in libro suo ita legisse videtur. Nam vertit: *circa bellum, quod res Siculas insecutam est* —.

Cap. 83. Ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο τῶ στρατῶ μετὰ τοῦ Βρασιδου ἐπὶ τῇ ἰσβολῇ — Dissident h. l. interpretes de explicatione verborum: ἐγένετο τῶ στρατῶ. Neque mirum est, quia Graeci non ita loqui solent. Haud dubie Thucydides scripserat: ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο στρατὸς μετὰ τοῦ Βρασιδου —. Nam articulus: τῶ ex ultima syllaba vocabuli: ἐγένετα, male repetita, h. l. est ortus. — In verbis: ἐδίδασκον αὐτὸν, μὴ ὑπεξελθεῖν τῶ Περδικκῆ τὰ δεινὰ — cum Dukero, Bauero, aliisque interpretibus praefere lectionem: μὴ ὑπεξελθεῖν τῶ Περδικκῆ, ne mallet in *Perdiccae gratiam pericula subire* —, quae sensum aptissimum fundit et decem codicum, Ar. C. Cl. Gr. Aug. Mosqu. Caso. et trium Pariss. auctoritate comprobatur.

Cap. 85. Οἷς ἂν ἐπιῶ, ἡσάν τις ἐμοὶ πρόσεισι: καὶ δυσχερὲς ποιούμενοι —. Plurimi codices omittunt: καὶ ante; *δυσχερὲς*. Omissa igitur copula: καὶ etiam colom deleri debet, ut verba: *δυσχερὲς ποιούμενοι*, quae significationem verbis Herodoteis: *δεινὸν ποιούμενοι* similem habent, cum antecedentibus coniungantur.

Cap. 87. Δίκαιόν τε εἶναι, οἷς καὶ δυνατὸν δεχέσθαι αὐτῆν, τούτοις καὶ ἐπιφέρειν, ἄκοιτα δὲ μηδὲνα προσαναγκάζειν. — Forte Thucydides scripserat: ἄκοιτὰ τε μηδὲνα —, ut haec verba respondeant illis: *δικαίον τε εἶναι* —.

Cap. 88. Κρούφα ψηφισάμενοι, δὴ τε τὸ ἐπαγωγὰ εἶπεῖν — ἔγνωσαν —. Quindecim codices legere iubent: *κρούφα διαψηφισάμενοι, δὴ τε τὸ ἐπαγωγὰ* —, quorum auctoritas in vocabulo tam consueto non reiicienda esse videtur. — In verbis: καὶ οὐ πολλῶ ὕστερον καὶ Στάγειρος — Vindob. cum aliis decem codd. legunt: καὶ οὐ πολὺ ὕστερον —. Quo vocabulo etiam aliis locis, ut lib. III, cap. 6, in verbis: οἱ καὺ θάσσον παρήσαν, Thucydides pro: *πολλῶ* est usus.

Cap. 90. Ἦπερ γὰρ ἦν σποὰ, καταπεπταίκει —. In cod. Vindob. legitur: ἦπερ γὰρ ἦν — sine iota illi: ἦπερ subscripto. Quae lectio meliorem et aptiorem sensum

fundit, quare est praeferenda. Etiam Valla iam in suo libro ita legebat, quia vertit: *Nam porticus, quae fuerat, conciderat.* — Porro in verbis: *καὶ τῆς πέμπτης μέχρις ἀρίστου* — quinque codices, Cass. Gr. Aug. et duo Paris. legunt: *μέχρι ἀρίστου* —, quorum auctoritas propter consuetum Thucydidis morem non est negligenda. Conf. dicta ad lib. IV, c. 4 et c. 46.

Cap. 91. *Καὶ ἠσθάνοντο τοὺς Ἀθηναίους προσχωροῦντας ἐπ' οἴκου* —. Tredecim codices legere iubent: *τοὺς Ἀθηναίους προσχωροῦντας* —, sicut in antecedenti capite adfuerat: *τὸ μὲν στρατόπεδον προαπεχώρησεν* —. Sensus esse videtur: *Athenienses ante proelium cum Boeotia inivitum abire domum* —.

Cap. 92. *Ὅστις τὰ μὲν ἑαυτοῦ ἔχει, τοῦ δὲ πλείονος ὀρεγόμενος* —. Auribus magis arridet, quia *ὁμοιοτέλειον* enitatur, lectio: *τοῦ πλείονος δὲ ὀρεγόμενος* —, quam octo codices, Cass. Aug. Gr. et quinque Paris. exhibent. — In verbis: *πολλὴν ἀδειαν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ μέχρι τοῦδε κατεστήσαμεν* — undeuiginti codicum et Scholiastae auctoritate eicienda est particula: *ἐν* ante verba: *τῇ Βοιωτίᾳ* —, quae magis turbat, quam adiuuat huius loci sensum. — In verbis: *τὴν τε αὐτῶν αἰεὶ ἐλευθεροῦν μάχη* — legendum est nouem codicum consensu: *ἀεὶ ἐλευθεροῦν* —, sicut etiam lib. IV, cap. 55 et cap. 64. adnotauimus. Eodem modo quoque cap. 98, in verbis: *καὶ τὰ ἱερά αἰεὶ γίνεσθαι* — undecim codices recte legunt: *ἀεὶ γίνεσθαι*. Ita etiam lib. VI, c. 77, in verbis: *ἕνα γέ τινα αἰεὶ μεταβάλλοντες* — codicum auctoritate edendum est: *ἀεὶ μεταβάλλοντες* —. In verbis: *πατέρων τῶν τότε ἀγαθῶν γενομένων παῖδας* — quinque Paris. lectionem longe elegantiore exhibent: *ἀγαθῶν γενομένου παῖδας* —. Nam in lectione vulgata plane redundat illud: *γενομένων*. Etiam Valla in libro suo legit: *γενομένου*. Nam vertit haec verba: *qui vero iuniores, egregiis illis orti parentibus.* — Denique in verbis ultimis: *ἀναγωνιστοὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἀπίασι* — quinque codd. Vindob. Cl. Aug. Cass. Mosqu. lectionem: *ἀνανταγωνιστοὶ ἀπ' αὐτῶν* — exhibent, quae non sine causa Wassiq et Dukero magis arridet, quia iam lib. II, cap. 45, Thucydides hoc vocabulum adhibuit. Etiam in codd. Paris. occurrit haec lectio: *ἀνανταγωνιστοὶ*, sed eorum nomen et numerum non indicauit Gailius doctissimus.

Cap. 93. Φύλακός τε ἄμα εἶεν, εἴ τε ἐπίοι αὐτῶν — Vindob. cum nouem aliis codd. legit: εἴ τις ἐπίοι αὐτῶν — Quae lectio tot codicum est longe aptior et haud dubie praefereunda. — Vocabulum: ἱππῆς, quod bis occurrit in hoc capite, altero loco nouem codices et altero decem codices magis consueta scribendi ratione in: ἱππεῖς mutant; quare haec lectio non est negligenda. Eodem modo vocabulum; ἱππεῖς reuocandum est in capituli sequentis verbis: ἱππῆς δὲ ἐφ' ἑκατέρῳ τῶ κέρα, quia sexdecim libri lectionem: ἱππεῖς tuentur. Etiam cap. 96, in verbis: καὶ μάλιστα οἱ τε ἱππῆς αὐτῶν — nouem codicum auctoritate legendum est: καὶ μάλιστα οἱ ἱππεῖς, οἱ τε αὐτῶν — Non minus cap. 124, in verbis: ἱππῆς δ' οἱ πάντες ἠκολούθουν — et in verbis: οἱ ἱππῆς, ἐς αὐτὸ καταδραμόντες — debet emendari: ἱππεῖς — decem codicum auctoritate. Porro lib. V, cap. 6, in verbis: καὶ ἱππῆς Ἕλληνας τριακόσιοι, tredecim codices legere iubent: ἱππεῖς Ἕλληνας — et cap. 50, duodecim libri adferunt: Ἀθηναίων ἱππεῖς —. Etiam cap. 57, tredecim libri tuentur: ἱππεῖς πεντακόσιοι —, cap. 67, duodecim codices exhibent: ἱππεῖς —. Eandem lectionem quoque cap. 72 et 73, plures codices tuentur. Item lib. VI, cap. 65, 66, 67 et 70, multi codices defendunt: ἱππεῖς. — In verbis: ἐπ' ἀσπίδας δὲ πέντε μὲν καὶ εἴκοσι οἱ Θηβαῖοι ἐτάξαντο οἱ δὲ ἄλλοι, ὡς ἕκαστοι ἔτυχον — sex codicum, Cl. Gr. Cass. Dan. Aug. et unius Paris. lectio: καὶ εἴκοσι Θηβαῖοι ἐτάξαντο — est longe elegantior et praefereunda.

Cap. 94. Ἐκ παρασκευῆς μὲν ὠπλισμένοι, οὔτε τότε παρήσαν, οὔτε ἐγένοντο ἐν τῇ πόλει — Tredecim codices legere iubent: ἐγένοντο τῇ πόλει, omissa praepositione: ἐν. Quod si cum: ὠπλισμένοι coniungitur, etiam sensum aptum fundit. — In verbis: καθεστῶτων δὲ ἐς τὴν τάξιν ἤδη καὶ μελλόντων ξυνιέναι — plurimi codices particulam: ἤδη alio eoque aptiori loco collocant: ἐς τὴν τάξιν καὶ ἤδη μελλόντων ξυνιέναι.

Cap. 95. Ὡς ἐν τῇ ἀλλοτριᾷ οὐ προσήκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναρῶπιτοῦμεν —. Mihi verisimile esse videtur, Thucydidem antea scripsisse: οὐ προσήκόντως τοσόνδε κίνδυνον —. Facile ultima syllaba particulae: προσήκόντως propter primam syllabam sequentis vocabuli: τοσόνδε interciderere potuit librariorum incuria. — In ver-

bis: ἐν γὰρ τῇ τούτων, ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ὁ ἀγὼν ἔσται — cum Vindob. adhuc quatuordecim codices legunt: ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ὁ ἀγὼν —. Etiam Vallae liber idem exhibuit, quia vertebat: *certamen erit pro nostra* —.

Cap. 96. Παρακλευσαιμένου — Παγώνδου παιωνί-
σμος, ἐπήσαν ἀπὸ τοῦ λόφου —. Inepta est lectio: παιω-
σίσαντος. Plurimi codices lectionem aptiorem: παιω-
σίσαντες ἐπήσαν — tuentur, ut hoc ad: οἱ Βοιωτῶν
referatur. Etiam Valla exhibet: *praesona modulati* —.
Tunc autem commata ante: καὶ ἐνταῦθα est tollendum,
quia haec verba cum antecedentibus arcte cohaerent, et
post: Παγώνδου est collocandum. — In verbis: τὸ δὲ
ἄλλο κρατερὰ μάχη καὶ ὠθισμῶ ἀσπίδων ξυνεστήκει —
Graevii codex legit: τῶ δὲ ἄλλω —, quam lectionem non
temere rejiciendam esse censeo. Forte Thucydides scri-
pserat: τῶ δὲ ἄλλω κρατερὰ μάχη καὶ ὠθισμῶ ἀσπί-
δων ξυνεστήκει, in altera exercitus parte graavis pugna
simul cum umbonum impulsu continuabatur. — In
verbis: εὐάνυμον τῶν Βοιωτῶν καὶ μέχρι τοῦ μέσου — tol-
lendus est articulus: τοῦ, a tredecim codicibus omissus.
— Quod verba: καὶ ἐπήσαν τοὺς τε ἄλλους ταύτη —
attinet, Vindob. cum decem aliis codd. legit: καὶ ἐπίε-
σαν τοὺς τε ἄλλους — premebant cum reliquos, tum
maxime Thespienses —, quod recte Bauerus cum aliis
receptae lectioni propter orationem contextam praefert.
— Verba: καὶ κυκλωθέντων ἐν ὀλίγῳ, commate post: ὀλίγῳ
sublato, ad sequentia: οἵπερ διεφθάρσαν Θεσπιέων — re-
fero, ut vertatur: etiam illi Thespiensium, qui in spa-
tio angusto circumuenti perierunt, armis sese defen-
dentes occidebantur. — In verbis: φυγὴ καθεστήκει παν-
τὸς τοῦ στρατοῦ — duodecim codices legere iubent: φυγὴ
καθεστήκει —. Ita etiam infra cap. 103. est editum
in verbis: φυλακὴ δὲ τις βραχεῖα καθεστήκει. — Deni-
que in verbis: καὶ μάλιστα οἱ τε ἰππῆς αὐτῶν καὶ οἱ Λο-
κροὶ — meliorem lectionem: μάλιστα οἱ ἰππεῖς οἱ τε
αὐτῶν καὶ — decem codices exhibent. Eandem lectio-
nem quoque Valla sequitur: et praecipue equites tum
ipsoꝝ tum Locrensium —.

Cap. 100. Τὸ πλῆθος ἐς τὰς ναῦς ἐμβάν ἀπεκομίσθη-
σαν ἐπ' οἴκου —. Quatuordecim codicum lectio: ἐς τὰς
ναῦς ἐσβάν ἀπεκομίσθη ἐπ' οἴκου — constructionem
verborum magis consuetam ideoque admittendam pro-

ponit. Quare etiam Kistemakerus doctissimus lectionem: ἀπεκομίσθη praetulit. — In verbis antecedentibus: ὥστε μηδένα ἐπ' αὐτοῦ ἔτι μείναι — mutatum verborum ordinem: ὥστε μηδένα ἔτι ἐπ' αὐτοῦ εἶναι — pluriimi codices postulant. — In verbis: ὡς αὐτῶ — τὰ περὶ τὰς Σίφας τῆς προδοσίας περὶ οὐ προὐχώρησαν — tredecim codices Graecorum consuetudini magis conuenienter legere iubent: οὐ προὐχώρησεν —.

Cap. 102. Ἐκτίσαν τὸ χωρίον τοῦτο, ὕπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο —. Cum Vindob. omnes fere reliqui codices legunt: Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο —. Fateor quidem, minus consuetum esse hoc dicendi genus. Tantis tamen codicum consensus non concedit, ut hanc lectionem reiiciamus. Vocabulum: χωρίον h. l. ut nomen collectiuum esse positum videtur, quia in una regione plures viae solent inueniri. Illud: χωρίον autem h. l. non urbem sed regionem denotare, ex antecedentibus scriptoris nostri verbis adparet. Praeterea numerus pluralis: ἐκαλοῦντο eo facilius nostro loco excusari potest, quia proxime nomen: Ἐννέα ὁδοὶ plurali numero antecedit.

Cap. 103. Χειμῶν δὲ ἦν καὶ ὑπένευεν —. Memoratu dignissima est lectio: καὶ ὑπένευεν —, quam Vindob. cum decem alijs codicibus exhibent. Ita etiam supra libri III, cap. 25, in verbis: καὶ ἡ νύξ — ὑπονευομένη — sex codices, Cass. Gr. et quatuor Pariss. legerunt: ὑπονευομένη —. Simili modo in Polybii lib. XVI, cap. 12, verbis: οὔτε νίφεται τὸ παράπαν — quibusque codices scribunt: νείφεται —. In verbis: καὶ οἱ ἄλλοι, οἱ ξυνέπρασσον ταῦτα — articulum: οἱ ante: ἄλλοι ignorant tredecim codices. Quam lectionem: καὶ ἄλλοι, οἱ ξυνέπρασσον — etiam Kistemakerus iure praefert. — In verbis: μάλιστα δὲ οἱ Ἀργίλιοι — ἐπειδὴ παρέτυχεν ὁ καιρὸς, καὶ Βρασιδας ἦλθεν, ἐπραξέν τε ἐκ πλείονος — tollendum est pro comma post: καιρὸς — et ex codicibus Vallae, Vindob. Ar. C. Reg. Dan. Aug. Ald. Flor. Bas. et octo Pariss. emendo: ἐπραξάν τε —, ut haec verba cum antecedentibus: οἱ Ἀργίλιοι — apte cohaereant. — In verbis denique: ἀποστάντες τῶν Ἀθηναίων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ κατέστησαν τὸν στρατὸν πρόσω ἐπὶ τὴν γέφυραν — tollenda est particula: ἐν ante verba: ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, Vindob. et aliorum octodecim librorum auctoritate, sicut etiam

bis: ἐν γὰρ τῇ τούτων, ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ὁ ἀγὼν ἔσται — cum Vindob. adhuc quatuordecim codices legunt: ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ὁ ἀγὼν —. Etiam Vallae liber idem exhibuit, quia vertebat: *certamen erit pro nostra* —.

Cap. 96. Παρακελευσαμένου — Παγώνδου παιωνίσαντος, ἐπήσαν ἀπὸ τοῦ λόφου —. Inepta est lectio: παιωνίσαντος. Plurimi codices lectionem aptiorem: παιωνίσαντες ἐπήσαν — tuentur, ut hoc ad: οἱ Βοιωτῶν referatur. Etiam Valla exhibet: *praesona modulati* —.

Tunc autem comma ante: καὶ ἐνταῦθα est tollendum, quia haec verba cum antecedentibus arcte cohaerent, et post: Παγώνδου est collocandum. — In verbis: τὸ δὲ ἄλλο κρατερᾶ μάχη καὶ ὠθισμῶ ἀσπίδων ξυνεστήκει —

Graevii codex legit: τῷ δὲ ἄλλῳ —, quam lectionem non temere reiiciendam esse censeo. Forte Thucydides scripserat: τῷ δὲ ἄλλῳ κρατερὰ μάχη καὶ ὠθισμῶ ἀσπίδων ξυνεστήκει, in altera exercitus parte grauis pugna simul cum umbonum impulsu continuabatur. — In verbis: εὐώνυμον τῶν Βοιωτῶν καὶ μέχρι τοῦ μέσου — tollendus est articulus: τοῦ, a tredecim codicibus omissus.

— Quod verba: καὶ ἐπήσαν τοὺς τε ἄλλους ταύτη — attinet, Vindob. cum decem aliis codd. legit: καὶ ἐπίεσαν τοὺς τε ἄλλους — premebant cum reliquos, tum maxime Thespienses —, quod recte Bauerus cum aliis receptae lectioni propter orationem contextam praefert.

— Verba: καὶ κυκλωθέντων ἐν ὀλίγῳ, commate post: ὀλίγῳ sublato, ad sequentia: οἵπερ διεφθάρησαν Θεσπιέων — refero, ut vertatur: etiam illi Thespiensium, qui in spatio angusto circumuenti perierunt, armis sese defendentes occidebantur. — In verbis: φυγῇ καθεστήκει πάντος τοῦ στρατοῦ — duodecim codices legere iubent: φυγῇ καθείστηκει —.

Ita etiam infra cap. 103. est editum in verbis: φυλακῇ δὲ τις βραχεῖα καθείστηκει. — Denique in verbis: καὶ μάλιστα οἱ τε ἰππεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Λοκροὶ — meliorem lectionem: μάλιστα οἱ ἰππεῖς οἱ τε αὐτῶν καὶ — decem codices exhibent. Eandem lectionem quoque Valla sequitur: et praecipue equites tum ἰπσοῦν tum Λοκρῶν —.

Cap. 100. Τὸ πλῆθος ἐς τὰς ναῦς ἐμβὰν ἀπεκομίσθησαν ἐπ' οἶκον —. Quatuordecim codicum lectio: ἐς τὰς ναῦς ἐσβὰν ἀπεκομίσθη ἐπ' οἶκον — constructionem verborum magis consuetam ideoque admittendam pro-

ponit. Quare etiam Kistemakerus doctissimus lectionem: ἀπεκομίσθη praetulit. — In verbis antecedentibus: ὥστε μηδένα ἐπ' αὐτοῦ ἐτι μείνας — mutatum verborum ordinem: ὥστε μηδένα ἐτι ἐπ' αὐτοῦ εἶναι — plurimi codices postulant. — In verbis: ὡς αὐτῶ — τὰ περὶ τὰς Σίφαις τῆς προδοσίας περὶ οὐ προὐχώρησαν — tredecim codices Graccorum consuetudini magis conuenienter legere iubent: οὐ προὐχώρησεν —.

Cap. 102. Ἐκτίσαν τὸ χωρίον τοῦτο, ὑπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο —. Cum Vindob. omnes fere reliqui codices legunt: Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο —. Fateor quidem, minus consuetum esse hoc dicendi genus. Tantis tamen codicum consensus non concedit, ut hanc lectionem reiiciamus. Vocabulum: χωρίον h. l. ut nomen collectiuum esse positum videtur, quia in una regione plures viae solent inueniri. Illud: χωρίον autem h. l. non urbem sed regionem denotare, ex antecedentibus scriptoris nostri verbis adparet. Praeterea numerus pluralis: ἐκαλοῦντο eo facilius nostro loco excusari potest, quia proxime nomen: Ἐννέα ὁδοὶ plurali numero antece-
dit.

Cap. 103. Χειμῶν δὲ ἦν καὶ ὑπένευεν —. Memoratu dignissima est lectio: καὶ ὑπένευεν —, quam Vindob. cum decem alijs codicibus exhibent. Ita etiam supra libri III, cap. 25, in verbis: καὶ ἡ νύξ — ὑπονευομένη — sex codices, Cass. Gr. et quatuor Pariss. legerunt: ὑπονευομένη —. Simili modo in Polybii lib. XVI, cap. 12, verbis: οὔτε νίφεται τὸ παράπαν — quibusque codices scribunt: νείφεται —. In verbis: καὶ οἱ ἄλλοι, οἱ ξυνέπρασσον ταῦτα — articulum: οἱ ante: ἄλλοι ignorant tredecim codices. Quam lectionem: καὶ ἄλλοι, οἱ ξυνέπρασσον — etiam Kistemakerus iure praefert. — In verbis: μάλιστα δὲ οἱ Ἀργεῖοι — ἐπειδὴ παρέτυχεν ὁ καιρὸς, καὶ Βρασιδάς ἦλθεν, ἐπραξέν τε ἐκ πλειονοῦς — tollendum est pro comma post: καιρὸς — et ex codicibus Vallae, Vindob. Ar. C. Reg. Dan. Aug. Ald. Flor. Bas. et octo Pariss. emendo: ἐπραξάν τε —, ut haec verba cum antecedentibus: οἱ Ἀργεῖοι — apte cohaereant. — In verbis denique: ἀποστάντες τῶν Ἀθηναίων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ κατέστησαν τὸν στρατὸν πρόσω ἐπὶ τὴν γέφυραν — tollenda est particula: ἐν ante verba: ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, Vindob. et aliorum octodecim librorum auctoritate, sicut etiam

iubet Kistemakerus. Praeterea lectionem elegantissimam: *πρὸ ἔω* —, quae in margine codicis Cass. profertur pro illo: *πρόσω* —, siue in codice quodam adfuerit, siue ingenio viri cuiusdam docti debeatur, cum Leuesquio etiam esse verissimam et aptissimam puto. Saepe obuiam in codicibus Graecis literarum: *E* et: *Σ* permutationem iam Valkenarius in notis ad Herodoti lib. VIII, cap. 5, adnotauit.

Cap. 104. *Καὶ λέγεται τὸν Βρασίδαν, εἰ ἠθέλησε — δοκεῖν ἂν εἰεῖν* —. Ab sexdecim libris omittitur articulus: τὸν ante vocabulum: *Βρασίδαν*, quem nemo h. l. desiderabit. — In verbis ultimis: *καὶ ἐβούλετο φθάσαι — τὴν Ἡϊόνα προκαταλαβεῖν* — linguae Graecae consuetudini magis conuenientem lectionem: *τὴν Ἡϊόνα προκαταλαβών* — cum Vindob. adhuc undeuginti libri adferunt.

Cap. 106. *Τὸ κήρυγμα, πρὸς τὸν φόβον, δίκαιον εἶναι ἐλάμβανον* —. Non adparet, quid h. l. verbum: *ἐλάμβανον* indicet. Nouem codices, Ar. C. Cl. Cass. Dan. Mosqu. et tres Pariss. lectionem longe aptiorem: *δίκαιον εἶναι ὑπελάμβανον* — adferunt, quae etiam in Vallae libro haud dubie adfuit. Nam vertebat: *prae metu aequum esse edictum existimantes*. — In verbis: *τὴν μὲν Ἀμφίπολιν ὁ Βρασίδης ἄρτι εἶχε* — undecim libri articulum: ὁ ante vocabulum: *Βρασίδης* omiserunt, sicut etiam in aliis locis fieri solet.

Cap. 107. *Δεξιόμενος τοὺς ἐθελήσαντας ἀποχωρῆσαι ἄνωθεν* —. Quindecim libri legunt: *ἐθελήσαντας ἐπιχωρῆσαι ἄνωθεν* —. Quod si vertimus: *qui ex regionibus superioribus accedere vellent* —, non ineptus inde sensus prodibit. — In verbis: *καὶ Γάμηλος οὐ πολλῷ ὕστερον* — vel sine codicum auctoritate lectionem magis veram: *καὶ Γαληψὸς* — recipere, quia non solum alii scriptores ita hanc Thasiarum coloniam adpellant, sed ipse etiam Thucydides lib. V, cap. 6, eadem descriptione usus lectionem: *Γαληψὸς* tuetur. Quod etiam tres codices, qui falsam nostri loci lectionem: *Γάμηλος* proferunt, satis indicant, quam facile etiam nostro loco librarii errare potuerint.

Cap. 108. *Ὅτι μέχρι μὲν τοῦ Στρομιόνοσ ἦν πάροδος — τῆσ δὲ γεφύρας μὴ κρατούντων — οὐκ ἂν δύνασθαι προελθεῖν. τότε δὲ φάδια ἤδη ἐνομήζετο γυγενῆσθαι* —. Pluri-

morum codicum auctoritate legendum est: *δύνασθαι προσελθεῖν* —, quod optime respondet antecedenti: *ἦν πάροδος*. Etiam Valla in libro suo ita legit, cum verteret: *haudquaquam liceret accedere*. Eodem modo etiam codicum consensu destituitur lectio recepta: *ἐνόμιζετο*. Nam omnes fere libri legunt: *ἐνόμιζε* —, quod huic loco non est adcommodatum. Magis ad veram lectionem inclinare videntur Aug. et Cass. in quibus scribitur: *ἐνόμιζεν*. Nam verisimile est, Thucydidem olim scripsisse: *ῥάδια ἤδη ἐνόμιζον γεγενησθαι*. Ad quod verbum suppleri debet: *οἱ Ἀθηναῖοι*, et illud: *ἐνόμιζον* iam docti cuiusdam viri emendatione in codice Cass. est prolatum. Praeterea etiam lectio: *ἐνόμιζον* — vere adest in uno Parisiensi. Vocabulum: *ῥάδια* tunc neutrum plurale habendum est. — In verbis: *καὶ γὰρ καὶ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς* — vocabulum: *ἄδεια* de sociorum spe interpretor, qua se impune deficere posse credebant ab Atheniensibus propter imminutam illorum potentiam, ut falso tunc opinabantur. — In verbis: *τὰ δὲ πλεόν βουλήσει κρινόντες ἀσφαλεῖ ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ εἰσθόσις οἱ ἄνθρωποι* — tolle *εὐθὺν* post: *ἀσφαλεῖ* et refero antecedens: *κρινόντες* ad: *ἄνθρωποις*, quod pro tertia persona plurali: *κρίνουσι* est positum, sicut saepe etiam alijs locis participia pro verbis finitis usurpantur. Quod enim antea ad socios, qui Athenienses contemnebant, potissimum spectauerat, iam in uniuersum ad omnes homines, magis cupiditatibus errore plenis, quam recto animi iudicio obtemperantes refertur.

Cap. 110. *Εἰδότες, ὅτι ἤξεο, καὶ προσελθόντες τινὲς αὐτῶν* — Non negligenda est quinque eod. lectio: *εἰδότες, ὅτι ἤξεο* —. Nam futuram tempus h. l. propter orationem contextam requiritur. Non enim accessissent ad obseruandum Brasidae aduentum, nisi eum esse aduenturum comperissent. Etiam Valla legit: *ἤξεο* in suo libro, quia vertebat: *ac venturum nouerant*. — Porro copula: *καὶ* ante: *προσελθόντες* — quinque codicum auctoritate est eicienda, quam alii iam iure suspectam habuerunt. Valla quoque nullum illius copulae vestigium in sua interpretatione reliquit: „quorum aliquot, qui eum clam adierant, aduentum ipsius obseruabant.“ — In verbis: *τοσοῦτοι γὰρ μόνον εἰδῶν εἶχον τὸ πρῶτον ταχέστερον ἐπὶ παύσειν ἀελλθεῖν* — undecim codices et Vindob. l. c.

gunt: τοσοῦτοι γὰρ μόνοι ἀνδρῶν —, quod bene quadrat: *tot enim a reliquis separati* —. Etiam Kistemaker hanc codicum lectionem probavit. — In verbis: οὔσης τῆς πόλεως πρὸς τὸν λόφον — articulum: τὸν, quatuordecim codices omittunt, qui etiam Wassii sententia h. l. melius abest.

Cap. 111. Κατὰ τὴν πυλῖδα τινὰς περιμαγαγόντες ἐσεκομίσαντο —. Vindob. cum undecim aliis codd. legit: *περιμαγαγόντες ἐξεκόμισαν* —. Alii quatuor scribunt: *ἐσεκόμισαν*. Non dubito, quin vera sit lectio: *ἐξεκόμισαν, eduxerunt per portulam*, ut per portas fori apertas de-
nuo intrantes terrorem iniicerent. Ita illud: *ἐξεκόμισαν* proponitur alteri: *ἐσκαμίζουσι*, quod in antecedente capite adfuerat.

Cap. 112. Ἀναστήσας τὸν στρατὸν, ἐμβοήσαντάς τε ἀθρόον, καὶ ἐπληξεν πολλὴν τοῖς ἐν τῇ πόλει παρασχόντας —. Codices Cass. Gr. Aug. Mosqu. et quinque Paris. legunt: *ἐμβοήσαντά τε ἀθρόον — πόλει παρασχόντα* —. Quam lectionem cum Kistemakero non solum propter horum librorum auctoritatem praefero, sed quia tunc etiam vocabulum: *ἀθρόον* melius cum singulari: *ἐμβοήσαντα* et: *παρασχόντα* coniungitur.

Cap. 114. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ δουλείᾳ οὐδὲ χρήμασι πεισθέντας δρᾶσαι τοῦτο —. Praeferenda est octo codd. lectio: *οὐ γὰρ ἐπὶ δουλείᾳ* —. Nam illo: *οὐ γὰρ* — parenthesis incipit et ita confusio euitatur, quae facile cum antecedenti: *οὐδὲ προδότης*, quod ad aliam pertinet enunciationem, locum habere posset.

Cap. 118. Εἰ δὲ τι ὑμῖν εἴτε καλλιώτερον εἴτε δικαιότερον τούτων δοκεῖ εἶναι —. Vindob. cum aliis sexdecim codicibus legit: *εἴτε κάλλιον εἴτε δικαιότερον* —, quae lectio magis consueta tot codicum auctoritate admitti debet. — In verbis: *τὴν ἐκχειρίαν, εἶναι ἐναντιόν. ἀρχὴν δὲ, τήνδε τὴν ἡμέραν* — octo codd. Paris. cum Vindob. et aliis sex libris lectionem longe meliorem: *ἀρχὴν δὲ, τήνδε τὴν ἡμέραν* — adferunt, quae in primis etiam adiecto accusativo: *τήνδε τὴν ἡμέραν* — commendatur. Nam ad: *ἀρχὴν* supplendum est: *τῆς ἐκχειρίας*.

Cap. 120. Πελληνῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου —. Plurimi codd. adferunt scripturam: *Πελληνεῖς μὲν* —, sicut etiam lib. II, c. 9, multorum codicum auctoritate legi debet. — In verbis: *ἡ τριῆρης ἀμύνει αὐτῷ* — octo

Pariss. cum quinque aliis libris legunt: ἀμύνοι αὐτῆ —, sub quo haud dubie vera lectio: ἀμύνοι αὐτῆ — sine iota subscripto latet. Nam illud: αὐτῆ referri debet ad: τριήρης, quia duplex fatum subire poterat haec triremis, ut vel ipsa defenderet lacessitam Brasidae celocem, vel ab hoste lacessita saltem Brasidae nauigio tutelam sua quidem defensione (quod graece ἀμύνεσθαι dicitur) praerberet. — In verbis: οὐ πρὸς τὸ ἐλασσον νομίζων τρέπεσθαι — praefero etiam septem codd. Pariss. Vindob. et aliorum quatuor librorum lectionem: νομίζων τρέψασθαι. Nam verbum opinandi praecessit. Conf. dicta ad lib. IV, c. 24 et c. 52.

Cap. 121. Καὶ τε καὶ αὐτῶ ἐπράσσετο ἐς τὰς πόλεις —. Plurimorum codd. consensu alius verborum ordo: καὶ τε αὐτῶ καὶ ἐπράσσετο — est constituendus.

Cap. 125. Φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα σαφῶς ἐκπλήγνυσθαι —. Alia lectio: ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι a Scholiasta, Marg. Cass. Thoma Magistro et Valla adfertur. Nam Valla vertit: fieri consuevit incertis causis —. Vix dubitari potest, hanc esse veram lectionem, et facile intelligitur, quomodo in: ἀσαφῶς prima litera ab ultima antecedentis vocabuli: στρατόπεδα intercipi potuerit. Orationi contextae haec lectio optime conuenit. — In verbis: νομίσαντες πολλαπλασίους μὲν, ἢ ἦλθον, ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὐδέπω παρῆναι — omnium fere librorum consensu scribi debet: ὅσον δὲ οὐκ ἔστι, (sc. τόσον) παρῆναι —.

Cap. 126. Ἀφ' ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε καὶ ἄλλων ἀνοῆ ἐπίσταμαι —. Octo codices legunt: ἐγὼ εἰκάζων τε —. Quae quidem difficilior lectio Thucydidis dictione non est indigna. — In verbis: τοῦ τε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσεν ἡμᾶς ἀκινδύνως ἡγούνται — legendum est: τοῦ τε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν π.τ. ἐκφοβήσεν ὑμᾶς ἀ.ἡ. — Nam lectionem: εἰς Thucydidis propriam octo codices, et lectionem: ὑμᾶς, quae cum initio huius orationis apte conuenit, decem codices tumentur. De particula: εἰς conf. dicta ad lib. I, c. 3 et lib. IV, c. 8. Ita lib. III, c. 70. in verbis: ὑπάγουσι — οἱ ἄνδρες εἰς δίκην — multi codd. recte exhibent: εἰς δίκην —. lib. IV, c. 128. in verbis: ἀφικνεῖται εἰς Ἀρμισσαν πρῶτον — saltem tres Pariss. recte legunt: εἰς Ἀρμισσαν —. lib. VI, c. 100. in verbis: κατέφυγον εἰς τὸ προτείχισμα — sex codd. scribunt: εἰς τὸ προτείχισμα. lib. VII, c. 69. quatuor codd. recte legunt: εἰς

τὸ ἕξω. Eodem modo: εἰς pro: εἰς legendum est infra lib. VIII, c. 14, in verbis: εὐθύς εἰς τὴν ἠπειρον, ubi etiam decem codices illud: εἰς Thucydidi proprium exhibent. Etiam lib. VIII, c. 69, in verbis: εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσηγαγον — quinque codices magis consuetam lectionem: εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσηγαγον — tuentur. — In verbis ultimis: οἱ δ' ἂν εἴπωσιν αὐτοῖς κατὰ πόδας, τὸ εὐφυγον — ἐνδείκνυνται — comma ante: τὸ εὐφυγον tollendum et post: εἴπωσιν collocandum esse censeo. Nam verba: αὐτοῖς κατὰ πόδας cum illo: ἐνδείκνυνται cohaerent, et ad verba: κατὰ πόδας intelligendum est: διαίοντες.

Cap. 128. Ὡς τάχιστα ἕκαστος δύναται —. In Dukeri editione videtur errore typographico scriptum esse, quinque libros legere: ὡς τάχιστα ὡς ἕκαστος —. Nam inter codd. qui ita scripserunt, etiam cod. Reg. laudatur. Hic autem, ut Gailius doctissimus testatur, cum tribus aliis codd. legit: ὡς τάχιστα ὡς ἕκαστος δύναται. Quae lectio est longe elegantior, et quia octo codd. eam confirmare videntur, non est reiicienda. — In verbis: ἀπὸ τούτου τε πρώτων Περδικκας Βρασιδαν τε πολέμιον ἐνόμισε — quatuor Pariss. particulam plane superfluum: τε post: Βρασιδαν recte omiserunt. Nam eadem particula iam ante: πρώτων legitur. — In verbis: εἰς τὸ λοιπὸν Πελοποννησίων, τῇ μὲν γνώμῃ, δι' Ἀθηναίους, οὐ ξυνηθες μῖσος εἶχε, τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφορῶν διαναστάς, ἐπρασσαεν — comma post: Ἀθηναίους sublatum potius ante: μῖσος colloca, ut sensus sit: *Odiūm in animo (adhuc latens) aduersus Lacedaemonios concepit, propter Athenienses (antea ipsi inuisos) minus quidem consuetum.* Porro cum Heilmanno doctissimo legendum esse puto: ἀναγκαίων. ξυμφορῶν διαναστάς —. Ita iam in libro suo Valla reperit, quia egregie vertebat: *cum e grauissimis calamitatibus emersisset.*

Cap. 150. Ἐπειδὴν δὲ τὰ περὶ τὴν Μίνδην κατέχοῦν —. Consentio cum Gailio doctissimo, qui ex septem codd. Pariss. edidit: ἐπειδὴ δὲ τὰ περὶ —. Eodem modo etiam Gailius doctissimus c. 152, in verbis: ἐπειδὴν ξυνεβεβήκει ἐνδηλὸν τε ποιεῖν — octo codd. auctoritate recte edidit: ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει. Nam saepe a librariis hae particulae: ἐπειδὴ et: ἐπειδὴν permutantur. Talis error etiam cap. 48. huius libri corrigebatur.

Cap. 151. Ἰδρύθησαν ἐπὶ καρτεροῦ λόφου —. Alio

ordine haec verba plurimi codices collocant, ut legatur: ἐπὶ λόφου καρτεροῦ —. Etiam tres codd. Pariss. qui ex interpretamento legunt: ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ —, hunc verborum ordinem confirmant.

Cap. 134. *Ἐυνέβαλον ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Ὀρεστίδος* —. Cum Dukero legendum censeo plurimorum codicum auctoritate: ἐν Λαοδικείᾳ (πεδίῳ) —. In fine autem sequentis capituli 135. cum codicibus nonnullis pro illo: *ἔυνέγραψε* legendum est: *ἔυνέγραψεν*, sicut etiam sub finem libri II et III, ubi idem verbum occurrit, eandem lectionem: *ἔυνέγραψεν* Hetmannus, Vir Celebrerrimus, commendavit.

LIBRI V. cap. 1. *Ἠγησάμενοι* — ἐλλιπὲς σφίσιν εἶναι τοῦτο τῆς καθάρσεως, ἢ πρότερόν μοι δεδήλωται —. Plud: ἢ non aptam admittit explicationem. Puto igitur, Thucydidem antea scripsisse: ἢ πρότερόν μοι δεδήλωται, quae antea a me est commemorata.

Cap. 4. *Καὶ παραθαρσύννας ἀπέπλει* —. Legendam est antiquorum Atticorum more: *καὶ παραθαρσύννας ἀπέπλει*. Ita etiam septem codices legunt. Eandem lectionem quoque multorum librorum falsa lectio, qui scribunt: *παραθρασύννας*, comprobat. Loca alia, quibus Thucydides hoc vocabulo utebatur, Dukerus laudavit.

Cap. 5. *Μετὰ τὴν τῶν Σικελιωτῶν ὁμιολογίαν* —. Articulus: τῶν Scholiastae et multorum codicum auctoritate h. l. omitti debet.

Cap. 6. *Ὅς ἀπὸ τῆς Τυρῶνης τότε περιέπλευσεν* —. Codicum auctoritate alio ordine legendum esse videtur: *ὅς τότε ἀπὸ τῆς Τυρῶνης περιέπλευσεν* —.

Cap. 7. *Ἐθεῖατο τὸ λιμνοῦδες τοῦ Σαρμῶνος καὶ τὴν θεῖον τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν Θρακίαν* —. Memoratu digna et apta est lectio octo codicum: *ἐπὶ τῇ Θρακίᾳ, ἕκστα Θρακίαν, in vicinia Thraciae*. Ita lib. VIII, cap. 60: *ἐπὶ πρὸς τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον (Ἰερρακίον) ὅν* — simili significatione particula: *ἐπὶ* occurrit. Etiam lib. V, c. 35: *ἐπὶ τῇ Σικελίᾳ τῆς Αἰωνικῆς*. — In verbis: *μηχανὰς ὅτε οὐ κατήλθεν ἔχων, ἀμαρτάνειν ἐδόκει* — lectio Vindob. Cass. Aug. Mosqu. et sex Pariss.: *ἔχων ἀμαρτεῖν ἐδόκει*, est praeferranda, quia est aptior. Etiam Valla ita legit vertens: *Adeo sibi peccasse videbatur*.

Cap. 8. *Εἰσέρχεται ἐς τὴν Ἀμφίπολιν* —. Consueto

more Thucydidis legendum est undecim codicum consensu: ἐσέρχεται ἐς —. In verbis: οὐκ ἂν ὁμοίως αὐτοὺς νομίζων ἀπολαβεῖν — quinque codices legunt: οὐκ ἂν νομίζων αὐτοὺς ὁμοίως —. Alii octo exhibent: οὐκ ἂν νομίζων ὁμοίως αὐτοὺς —. In eo igitur illi libri saltem consentiunt, ut: νομίζων statim post: οὐκ ἂν collocari debeat.

Cap. 9. Ἀπὸ μὲν οἴας χώρας ἤκομεν, ὅτι αἰεὶ διὰ τὸ εὐφυγον ἐλευθέρως —. Illud: ὅτι vix locum habere poterit. Puto igitur, Thucydidem scripsisse: ὅ, τι αἰεὶ διὰ τὸ εὐφυγον (sc. γίγνεται), et haec verba, parenthesi inclusa, a sequentibus esse commate distinguenda: *Quarta libera sit terra, ex qua aduenimus, id quod semper fortitudine efficitur.* — In verbis: καὶ ὅτι Δωρεῖς scribi debet cum tredecim libris: καὶ ὅτι Δωρεῖς, sicut iam lib. I, cap. 12. legebatur. Eadem ratione in cap. 32. huius libri, ubi: Φωκῆς est editum, tredecim librorum auctoritate emendari debet: Φωκεῖς. — Etiam eiusdem libri cap. 53. male bis editum est: Μαντινῆς. Nam plurimi libri legunt: Μαντινεῖς. Ne autem sibi repugnet scriptor subtilissimus, etiam libri V, c. 29. emendari debet: Μαντινεῖς, undecim librorum auctoritate. Similis codicum consensus est iterum in cap. 37 huius libri, ut ibi quoque edatur: Μαντινεῖς — et cap. 44. ubi quatuordecim libri eandem lectionem defendunt, et sub initium cap. 47, in quo tredecim librorum consensu eadem lectio: Μαντινεῖς, nititur, — et cap. 50, ubi etiam quindecim libri legunt: Μαντινεῖς — et cap. 58, ubi quatuordecim libri exhibent: Μαντινεῖς. Similis codicum auctoritas etiam: Μαντινεῖς legere iubet cap. 61, c. 62, c. 65, c. 67, c. 71, c. 72, c. 73, c. 81. Etiam lib. VI, c. 67 et c. 68. — In verbis: τὴν δὲ ἐπιχείρησιν ὅτω τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι, διδάξω — quatuordecim libri lectionem minus consuetam: ὅ τῳ τρόπῳ διανοοῦμαι — proferunt, ut illud: ὅς pro: τίς ponatur, sicut etiam in aliis scriptorum locis: ὃν τρόπον occurrit pro: τίνα τρόπον. — Denique in verbis: ἀρκέτω βραχέως δεδηλωμένον — haud dubie legendum est: ἀρκεῖ τὸ βραχέως δεδηλωμένον —. Improbatur quidem hanc sex codicum lectionem Wassius, sed est Thucydideo dicendi generi quam maxime adcommodata. Nam ita saepe hic scriptor participia in neutro genere substantiuo-

rum loco adhibet. Lib. I, c. 36: τὸ θεδῖος, τὸ θαρσοῦν —. Lib. I, c. 90: τὸ βουλόμενον. Lib. III, c. 39: τὸ θεραπεῦον; c. 43: τὸ ἀξιοῦν — et nostro capite 9: τὸ ἀνεμίμενον, τὸ προφανές, τὸ ἀντιπραχθέν, τὸ ξυμφέρον —.

Cap. 10. Καὶ οἰόμενος ὀφθήσεσθαι ἀπαλθῶν σημαίνει τε ἅμα ἐκέλευεν —. Inepta est lectio: ὀφθήσεσθαι et longe magis cum Dukero praeferenda est lectio: οἰόμενος φθήσεσθαι ἀπελθῶν —, quam cum Vindob. et Vallae libro adhuc quinque codices tuentur. — Praeterea in hoc capite ter falsa scriptura: Ἦόνος, Ἦόνα repetitur. Nam non solum in hoc capite multi codices veram scripturam: Ἡρόνος, Ἡρόνα defendunt, sed etiam aliis locis ita scribitur, ut lib. I, cap. 98. lib. V, cap. 6.

Cap. 14. Τῶν τε ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων ὑπόπτειόν τις ἀποστήσεσθαι —. Particula: τε nihil habet, ad quod referatur. Longe verisimilius est, Thucydidem scripsisse: τῶν δὲ ἐν Πελοποννήσῳ —.

Cap. 16. Αἰὲ προβαλλόμενος — ὡς διὰ τὴν ἐκείνου πάθοτον παρανομηθεῖσαν ταῦτα ξυμβαίνει —. Omnes fere codices legunt: ταῦτα ξυμβαίνοσι —. Quae quidem lectio cum linguae usu et sensu huius loci bene convenit. Etiam Valla videtur ita legisse vertens: *quasi ob hanc culpam ista contingerent*. — In verbis: Διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ποτὲ μετὰ δώρων δοκοῦσαν ἀναχώρησιν — defendit quidem Dukerus doctissimus paucorum librorum lectionem: δοκοῦσαν, sed non satis intelligitur, quid sibi velit: ἢ δοκοῦσα ἀναχώρησις, cum olim vere ex Attica Plistoanax re infecta rediisset, sicut lib. II, c. 21. narrabatur. Multorum codicum, Vindob. Marg. C. Cl. Cass. Dan. Aug. Mosqu. et quatuor Pariss. est lectio: μετὰ δώρων δόκησιν ἀναχώρησιν —. In Vallae libro forte simile quiddam adfuit, qui vertebat: *propter suspicionem acceptorum munerum ob reditum illum ex Attica*. Vocabulum: δόκησις est iam Herodoto proprium, ut lib. VII, c. 185. et Thucydides, sicut multa alia Herodoti vocabula, etiam illud saepe adhibuit. Non solum *opinionem*, sed etiam *suspicionem* indicat. Ita Thucyd. lib. III, c. 43. legitur: φθορήσαντες τῆς οὐ βεβύλιον δοκίσεως τῶν — *invidentes propter incertam pecuniae acceptae suspicionem*. — Nostro loco autem in margine Cl. etiam legitur: δοκίσεως —. Eodem spectant tres Pariss. qui legunt: δοκοῦσαν εἰς ἀναχώρησιν —. Alii duo legunt:

δοῦναι ἐς ἀναχώρησιν. — Unus: δοκοῦσαν ἐς ἀναχώρησιν —. Unus denique: δοκοῦσαν ἐς ἀναχώρησιν —. In tanta igitur lectionum varietate conicio, veram huius loci lectionem esse: μετὰ δαίρων δακρήσεως ἀναχώρησιν. Eadem haud dubie vera lectio iam in Scholiis reperitur. — In verbis: οἰκῶντα φόβῳ τῶν Λακεδαιμονίων, ἐπὶ ἐνὸς δέοντι εἰσοστώ — lectionem Scholiastae et multorum codicum: φόβῳ τῶν Λακεδαιμονίων — cum vi maiori coniunctam ideoque praefendam esse censeo. Ita infra cap. 18. legitur: συμμαχοῖς τοῖς Ἀθηναίων, et in eodem capite, ubi legitur: ἐν τῷ δημοσίῳ τῶν Ἀθηναίων —, mihi etiam verisimile est, Vindob. et aliorum trium codicum auctoritate legendum esse: δημοσίῳ τῶν Ἀθηναίων —. Pro: ἔτι — in nostro loco codicum Ar. C. Dan. Gr. Mosqu. duorum Pariss. et Vallae lectionem: ἔτε εἰς ἐνὸς δέοντι — cum Dukero sequor. Valla vertit: *undevicesimo regni sui anno*.

Cap. 17. Παρασκευῇ — περιαγγελομένη κατὰ πόλεις, ὡς ἐπιτειχισμὸν —. Praefero cum Dukero lectionem cod. Graeu.: ὡς ἐπὶ τειχισμὸν —, quae omnem interpretandi difficultatem tollit. — In verbis ultimis: καὶ ὡμοσαν ἐκεῖνοι τε πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους — emendandum censeo: ὡμοσαν ἐκεῖνοι γε πρὸς —, quia illud: τε h. l. est plane superfluum.

Cap. 18. Λικαίῳ χρησθῶν καὶ ὄρκους, καθότι ἂν ζήσονται —. Dicendi consuetudini in Thucydide obvia est magis consentaneum, ut legatur: δίκαις χρησθῶν —, sicut etiam Dukerus suscitavit et cum Scholiasta adhuc sex codices legunt. — In verbis: ἔξιστω ἀπέναι, ὅπως ἂν βούλωνται — haud dubie magis vera est lectio: ἂν βούλωνται, quam cum Vindob. adhuc duodecim libri exhibent et ipsae postulant linguae leges. Quare eam lectionem Gallius doctissimus recte recepit. — In verbis: εἰσὶ δὲ αἶθε, Ἀργίλος, Στάχειρος — plurimorum librorum auctoritate tollendum est: αἶθε, ut legatur: εἰσὶ δὲ Ἀργίλος —. Eodem modo in verbis: ἀποδόντων δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίους —, sublato articulo: οἱ, scribendum est: καὶ Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίους — septemdecim librorum consensu, sicut etiam antea sine articulo legebatur: ἀποδόντων δὲ Ἀθηναίους Λακεδαιμόνιοι —. Pro illo: ἐμμένω ταῖς ξυνθήκαις — verissimam habeo Fred. Porti coniecturam, ut legatur: ἐμμενῶ ταῖς ξυνθήκαις —.

In verbis dēnisque: καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῦ καὶ ἐν Ἀθή-
ναις ἐν πόλει — Thucydides antea scripsisse videtur:
καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Ἀθήναις ἐν πόλει —.
Emendationem: Ἰσθμοῖ, quamvis codicum auctoritate
h. l. destituatur, iam Aem. Pörtus suaserat et Dukerus
comprobabat, neque tantum usu loquendi, qui obuius
est de hoc vocabulo, sed etiam in nostro loco anteceden-
tenti vocabulo simili: καὶ Πυθοῖ confirmatur. Ut autem
particula: ἐν ante: Ἀθήναις tollatur, cum Vindob. ad-
huc duodecim codices suadent. Neque obest huic emen-
dationi, sicut Wassius censuit, locus similis in cap. 23,
ubi etiam occurrit: τὴν δὲ ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει. Nam
nemo negabit, utroque dicendi modo, et: ἐν Ἀθήναις et:
Ἀθήναις, scriptorem uti potuisse. In capite 23. ante-
cesserat: ἐν Λακεδαίμονι, quare videtur etiam Thucydi-
des adiecissee: ἐν Ἀθήναις. In nostro loco autem sine
illa particula proxime antecesserat: Ὀλυμπίῳ καὶ Πυθοῖ
καὶ Ἰσθμοῖ, quare etiam sine particula adhaesit illud:
καὶ Ἀθήναις.

Cap. 19. Ζευξίδας, Ἀνθωπιος, Τέλλης —. Omnium
fere codicum auctoritate legendum est: Τέλλης —,
sicut etiam aliis locis hoc nomen exhibetur. Conf. Wassii
et Dukeri notae ad h. l. De nomine Θεαγένης quaedam
adnotavi ad lib. IV, c. 27.

Cap. 20. Οὐ γὰρ ἀκριβὲς ἔστιν, οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ
μεσοῦσι καὶ ὅπως ἔτυχέ τῳ, ἐπεγένετό τε —. Aptā expli-
catione carent haec verba, quia illis aliquid deesse vide-
tur. Si verba: ἐπεγένετό τε posita essent ante: καὶ ὅπως
ἔτυχέ τῳ —, omnia essent intellectu facilia. Sed quis tal-
em verborum traiectionem sine ulla codicum auctorita-
te admittere audebit? Pro illo: ἔτυχέ τῳ quatuor codi-
ces, Ang. Cass. et duo Pariss. legunt: ἔτυχέν τῳ —. Ex
illorum igitur vestigiis veram lectionem esse eruendam
censeo. Nam mihi videtur Thucydides scripsisse: καὶ
ὅπως ἔτυχεν, ἢ ἐπεγένετό τε. Non enim accurate intelli-
gitur, sub quibus imperium et auaricantibus et me-
dium iam administrantibus et quomodo cuiquam eue-
nerit, quod ei accidit.

Cap. 22. Αὐτοὶ δὲ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἐμπροσθεν
ἰποῦσαντο, νομίζοντες, ἥμιστά αὖ σφίσι τοὺς τε Ἀργεῖους,
ἰπεσθὶ οὐκ ἦθέλον — ἐπισπένδουσαι νομίζοντες αὐτοὺς ἄρτι
Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι —. Mihi certum est, in menda

subare hunc locum, quia interpretamenti loco vocabulum: νομισαντες est male adiectum. Quodsi igitur vocabulum: νομισαντες ante: αὐτοὺς ἀντ' Ἀθηναίων — omititur, omnis huius loci difficultas est sublata. Nam: αὐτοὺς, quod iam redundare videtur, sicut Lat.: ille, post parentheses longiorem centies ad sensum loci accuratius capiendum, qui per parentheses interruptus erat, adicitur. Etiam Valla non illud: νομισαντες legisse videtur. Nam vertit: rati Argiuios, qui missis legatis — foedus inire recusassent, non acres hostes sine Atheniensibus fore.

Cap. 25. Ἀνανεοῦσθαι δὲ ταῦτα κατ' ἐνιαυτὸν —. Vocabulum: ταῦτα ignorant septem codices. Quod facile, etiam Wassii sententia, abesse potest, quia modo antecesserat: ὁμοῦνται δὲ ταῦτα —.

Cap. 26. Καὶ ἐς ἄλλα ἀμφοτέροις ἀμαρτήματα ἐγένετο —. Vindob. cum quatuordecim aliis libris profert lectionem: ἀμαρτήματα ἐγένοντο —. Quae dicendi ratio etiam in Thucydidis aliorumque Atticorum libris interdum ἀρχαϊκῶς adhuc retinetur. Conf. Stephanus ad Thucyd. lib. I, c. 22.

Cap. 27. Καὶ μὴ πρὸς τὸν δῆμον λόγους εἶναι —. Vindob. cum quatuordecim aliis codicibus et ipso Scholiasta legunt: πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι. Quam lectionem praefero, quia accuratius indicat: sermones de hac societate inveniunda. Ita etiam capituli sequentis initio repetitur: ἀνήνεγκαν τοὺς λόγους —.

Cap. 29. Νομισαντες πλέον τι εἰδόμενος μεταστῆναι αὐτοὺς —. Quatuordecim libri exhibent: πλέον τέ τι εἰδόμενος —. Quae lectio huic loco est apta.

Cap. 30. Δισθόμενοι τὸν θροῦν τὸν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ καθεστῶτα —. Cum iam in antecedentibus narrasset Thucydides, quae consilia Peloponnesi populi magno numero contra Lacedaemonios agitauerint, praeferenda est lectio tredecim codicum: τὸν θροῦν τοῦτον ἐν τῇ Πελοποννήσῳ —, quibus ad antecedentia aperte respicitur. Haud dubie etiam Valla in libro suo ita legebat. Nam vertit: Lacedaemonii hunc tumultum gliscere in Peloponneso sentientes —.

Cap. 31. Ἦλθε δὲ καὶ Ἡλείων πρεσβεία εὐθύς καὶ ἐποιήσαντο ξυμμαχίαν —. Melius legitur: καὶ ἐποίησαντο ξυμμαχίαν —. Ita enim cum Vindob. etiam Aug.

Μοσχ. quinque Paris. et Vallae liber scripserunt. Valla vertit: *primum iniit cum Corinthiis societatem.* — In verbis: *τάλαντον ἔταξαν Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ ἀποφέρειν* — lectionem: *τάλαντον*, quamvis nonnulli codices legunt: *τάλαντα*, non amouendam esse censeo, quia non solum in Thoma Magistro reperitur, sed etiam huic loco, cum de tributo unius urbis agatur, est aptissima et ultima syllaba in vocabulo: *τάλαντον*, propter scribendi compendium, facile perire potuit. Sed alia lectio: *ἔταξαν τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ* —, quam cum Thoma Mag. et codice Vindob. adhuc alii duodecim codices exhibent, cum Wassio est recipienda. — In verbis: *σφίσι τὴν Ἀργείων δημοκρατίαν αὐτοῖς, ὀλιγαρχουμένοις, ἦσσαν ξυμφορον εἶναι* — comma post: *αὐτοῖς* est tollendum et potius ante: *αὐτοῖς* est collocandum. Nam: *αὐτοῖς ὀλιγαρχουμένοις* a reliquis sunt separanda, quia inter se aperte cohaerent.

Cap. 55. *Θύσσον τὴν ἐν τῇ Ἀθῶ Δικτιδιῆς εἶλον* —: Non verisimile est, Thucydidem, qui lib. IV, c. 109. scripserat: *ὁ Ἀθῶς*, ita fuisse inconstantem, ut h. l. mutato genere diceret: *τῇ Ἀθῶ*. Eodem modo Herodotus lib. VII, c. 22. saepius genere masculino: *ὁ Ἀθῶς* profert. Lego igitur quatuor codicum consensu: *τὴν ἐν τῷ Ἀθῶ* —. In verbis: *μετὰ τὰς σπονδὰς οἱ τε Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι* — meliorem lectionem: *καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι* septem codices exhibent. Contraria ratione cap. 37. articulum: *οἱ* eiicio in verbis: *καὶ οἱ μὲν Βοιωτοὶ καὶ [οἱ] Κορίνθιοι*, ante vocabulum: *Κορίνθιοι*, quia a nouem codicibus omittitur, neque, sicut in nostro loco, duplici copula: *τε — καὶ*, cum antecedenti articulo: *οἱ* est coniunctus. Quare: *οἱ μὲν* simul ad: *Κορίνθιοι* debet referri. — In capitis sequentis 56. verbis: *παραινούντες ὀτιμάλιστα ταῦτά τε γινώσκουσιν* — verissimam Gottleberi coniecturam sine dubitatione recipendam esse censeo, ut legatur: *ταῦτά τε γινώσκουσιν, eandem alere sententiam.* Ita iam Valla legisse videtur. Nam vertit: *ut maxime eadem decernerent.*

Cap. 38. *Οὐκ ἔτι ἐσηνεγκαν περὶ Ἀργείων ἐς τὰς βουλάς* —. Forte Thucydides olim scripserat: *οὐκ ἔτι τὴν ἐσηνεγκαν* —.

Cap. 39. *Τῶν ξυγγέει σπενδόντων τὰς σπονδὰς προθυμουμένων τὰς ἐς Βοιωτὸς* —. Lectio: *τὰς ἐς Βοιωτὸς* — non videtur ab ipso scriptore orta esse. Nonnulli libri

plane omittunt vocabulum: τὰς. Alii quinque libri legunt: προθυμωμένων τὰ ἐς Βοιωτοὺς —. Quae quidem lectio mihi praeferenda et Thucydide digna esse videtur. Simile occurrit infra cap. 46. in verbis: ἐπισχόντας τὰ πρὸς Ἀργείους —.

Cap. 41. Ἐξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι ἢ ἐς πόλιν τινα, ἢ ἐς ἰδιώτην —. Particula: ἐς ante: ἰδιώτην ab octodecim codicibus abest et facile ex antecedentibus potest suppleri. — In verbis: ἐξείναι δ' ὅποτεροισὺν προσκαλεσαμένοις — praeferenda est sex codicum aptior lectio: ὅποτεροισὺν προκαλεσαμένοις —, quam etiam Dukerus iam commendavit et Valla haud dubie iam in libro suo inuenerat. Nam vertit: ut liceret utrislibet alteros prouocare ad proelium —.

Cap. 42. Ἀνδρομένης καὶ Φαίδιμος καὶ Ἀντιμενίδας —. Vindob. cum aliis quatuor codd. legit: Ἀνδρομέδης —. Eandem lectionem quoque Valla tuetur. — In verbis: οὓς εἶχον αἰχμαλώτους οἱ Βοιωτοὶ Ἀθηναίων — duodecim librorum auctoritate aptius eiicitur articulus: οἱ ante vocabulum: Βοιωτοί.

Cap. 46. Αὐτὸς ἐξηπατημένος περὶ τοῦ μὴ αὐτοκράτορες ὁμολογήσαι ἢ κεν —. Praefero lectionem octo codicum, Vindob. Aug. et sex Pariss.: μὴ αὐτοκράτορας ὁμολογήσαι —. Nam tali casu h. l. illud vocabulum efferri debet.

Cap. 47. Ὀμνύτων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὄρκον ἕκαστος τὸν μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων —. In plurimis libris deest articulus: τῶν ante: ἱερῶν τελείων, et quia in hac dictione etiam alii scriptores articulum ante: ἱερῶν omittunt, de illo: τῶν eiiciendo non amplius dubitatio relinquitur. — Pro illo: ἐμμένω τῇ ξυμμαχίᾳ —, sicut supra cap. 18. etiam h. l. cum Fr. Porto legendum esse puto: ἐμμενῶ τῇ ξυμμαχίᾳ —. Quae coniectura in nostro loco imprimis etiam sequenti: οὐ παραβήσομαι confirmatur. Valla quoque in nostro loco legisse videtur: ἐμμενῶ, quia vertit: *Stabo in societate conuenta*. — In verbis ultimis: ὃ, τε ἂν δοξῇ ταῖς πόλεσιν ἐπάσαις κοινῇ βουλευσαμέναις — codicum consensu praeferenda esse videtur lectio: κοινῇ βουλευσαμέναις —. Ita scribunt Ar. C. Aug. Vindob. et sex Pariss. et quamuis alii quatuor libri, Cl. Gr. Cass. Reg. corrupte legant: βουλευομέ-

σοις, tamen simul etiam lectionem: *βουλευομένας* confirmant.

Cap. 51. *Προσοικούντα γὰρ τὰ ἔθνη ταύτη τῇ πόλει πολέμια ἦν.* Vindob. cum tredecim aliis codicibus legere iubent: *τὰ ἔθνη ταῦτα τῇ πόλει* —, quod melius quadrat, quia illarum gentium nomina proxime antecesserant, non autem urbis Heracleotarum nomen.

Cap. 52. *Καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων καὶ παραλαβῶν* —. Cum Dukero et Bauero delendam esse censeo copulam: *καὶ* ante: *παραλαβῶν*, quam etiam nouem codices omittunt. Tunc ad illud: *παραλαβῶν* cum Scholiasta supplendum est: *τινάς*.

Cap. 55. *Ὁ δέον ἀπυγαγεῖν, οὐκ ἀπέπεμπον ὑπὲρ βοταμίων Ἐπιδαύριοι* —. Lectionis: *ὑπὲρ βοταμίων* — sensus est valde incertus. Quare ea, quae quinque codices adferunt: *ὑπὲρ παραποταμίων Ἐπιδαύριοι* — potius sunt admittenda neque sensum ineptum fundunt. Argiuis enim Epidaurii propter regionum ad flumen quoddam sitarum possessionem, quae iam ad eorum ditio- nem pertinebant, quoddam tributi genus, nempe hostiam, quotannis in templo Apollinis Pythii offerendam, tradere debebant. Quod donum cum mittere omisissent, Argiui propterea incursionem in eorum regionem facturi erant. — Similis tributi supra cap. 31. mentio iniiciebatur, cum Elei Lepreatis propter promissam regionis partem, quam tamen non acceperant, talentum tributi loco imponerent, quotannis Ioui Olympio offerendum. Cuius quidem tributi omissio etiam Eleis belli occasionem aduersus Lepreatas suppeditabat. Ille codex Paris. qui nostro loco legit: *ὑπερπαραβοπαμίων* — originem falsae lectionis: *βοταμίων* saltem indicare videtur.

Cap. 55. *Καὶ καθ' ὃν χρόνον ἐν τῇ Ἐπιδαύρῳ Ἀργεῖοι ἦσαν* —. Quatuordecim codicum auctoritate praeferenda est aptior lectio: *ἐν τῇ Ἐπιδαύρῳ οἱ Ἀργεῖοι ἦσαν* —. In verbis sequentibus: *καὶ γιγνομένων λόγων Ἐφραμίδας ὁ Κορινθίος* — decem libri magis vera lectione exhibent: *Ἐφραμίδης ὁ Κορινθίος* —, sicut iam adfuit lib. IV, c. 119. atque etiam Valckenar. in notis ad Herodoti lib. IV, c. 150. legere iubet.

Cap. 58. *Καὶ Φλασίαι ὄρθιον ἐτέραν ἐπορεύοντο* —. Sexdecim codicum auctoritate legendum est: *ὄρθριον ἐτέραν ἐπορεύοντο, πρῶτο πᾶσις ἄλλια* *via proficισcebαν* —

tur. Nolunt quidem interpretes h. l. illam codicum lectionem admittere. Sed haud dubie est vera et ex Herodoti dictione depromta. Sic ille lib. II, c. 173. scripsit: τὸ μὲν ὄρθριον μέχρι ὅτου πληθούσης ἀγορῆς προθύμως ἐπόησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα —. Nostro loco igitur illud: ὄρθριον apte respondet antecedenti: ἅμα ἐν ἐχώρουν —.

Cap. 59. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ πεδίου οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶργον ἀπὸ τῆς πόλεως —. Duodecim libri omittunt particulam: ἀπὸ ante: τῆς πόλεως, neque negari potest, multis eiusmodi locis hanc particulam: ἀπὸ omitti solere. — In verbis: προσελθόντε Ἄγιδι διελεγέσθην — Vindob. cum aliis undecim libris legere iubet: προσελθόντες Ἄγιδι —. Satis autem constat, quam saepe pluralis numerus cum duali commisceatur apud optimos scriptores Graecos.

Cap. 61. Καὶ ὁμήρους σφῶν τε αὐτῶν δοῦναι καὶ Μαντινεῦσι, καὶ οὓς κατέθεντο Λακεδαιμόνιοι, παραδοῦναι —. Octo codices, omisso: καὶ, legunt: δοῦναι Μαντινεῦσι —. Eandem copulam quoque Valla ignorat, quia vertit: ex suorum numero Mantineis —. Neque nos impedit quidquam, ut credamus, Orchomeniorum obsides Mantineis custodiendos esse traditos, sicut etiam capite sequenti narratur, Mantineae conuenisse socios, ut belli adparatus facerent. — Ceterum turpis error in lectione: κατέθεντο pro vera lectione: κατέθεντο, ex editione Wecheliana male in reliquis edd. translatus, non amplius ferri debet, cum iam ed. Basil. veram lectionem exhibeat. Gailius doctissimus quoque veram lectionem: κατέθεντο recepit.

Cap. 62. Καὶ τινὲς αὐτοῖς καὶ αὐτῶν τῶν Τεγεατῶν ἐν τῇ πόλει ἐνεδίδοσαν τὰ πρήγματα —. Plurimi codices omittunt: τῶν ante: Τεγεατῶν —, quod tanquam alienum ab hoc loco recte eiicitur.

Cap. 64. Βοήθεια τῶν Λακεδαιμονίων γίγνεται — ὄξεια, καὶ οὓς οὕτω πρότερον —. Plurimorum codicum auctoritate praeferenda est aptior lectio: καὶ οὔα οὕτω πρότερον —.

Cap. 65. Ἀφικόμενος πρὸς τὴν Τεγεατῖν, τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπε πρὸς τὴν Μαντινικὴν —. Aptior et praeferenda est plurimorum codicum lectio: ἐξέτρεπεν ἐς τὴν Μαντι-

σικην. Idem etiam Valla in suo codice legebat. Nam vertit: *in agrum Mantinicum diuertit*.

Cap. 66. *Οἱ δὲ τοῖς λογαῖσι, ἐκεῖνοι δὲ τοῖς πεντηκοτατηῖσιν* —. Plurimi libri atque etiam Scholiastes legere iubent: *τοῖς πεντηκοντῆρσιν* —. Quae vocabuli contractio cum simili vocabulorum, ut: *ἐκατόγχειρ* et: *ἐκατοντάχειρ*, *ἐκατόμπυλος* et: *ἐκατοντάμπυλος*, contractione est comparanda. — In verbis: *σχεδὸν γὰρ τοῖ πᾶν, πλὴν ὀλίγου* — restituenda est omnium fere codicum atque etiam Scholiastae lectio: *σχεδὸν γὰρ τι πᾶν* —. A librariis vero saepe permutari veram lectionem: *σχεδὸν γὰρ τι* pro *ἄλλα*: *σχεδὸν γὰρ τοι*, iam docuit Dukerus ad lib. VII, c. 55.

Cap. 67. *Παρά δ' αὐτοῖς οἱ ξυμμαχοὶ Ἀρκάδων ἦσαν* —. Omnes fere codices lectionem aptissimam: *παρὰ δ' αὐτοῦσ οἱ ξυμμαχοὶ* — tuentur, sicut antea in eodem capite legebatur: *καὶ παρ' αὐτοῦσ Ἀρκάδων Ἡραιῖσ*.

Cap. 69. *Τοῖς μὲν Ἀργείοις ξυμμαχοῖσ ταῦτα παρηνέθη* —. Legendum est tredecim codicum et Vallae auctoritate: *ξυμμαχοῖσ τοιαῦτα παρηνέθη* —, quod est orationi contextae, quae variarum adhortationum argumentum proposuerat, valde adcommodatnm. Valla vertit: *Et Argiuis quidem eorumque sociis talia proponebantur*.

Cap. 71. *Περὶ μέσον μὲν οἱ Μαντινῆσ τῷ κέρα πολὺ τῶν Σπριτῶν* —. Legendum esse codicum consensu: *Μαντινεῖσ* —, iam pluribus est demonstratum in notis ad lib. V, c. 9. Praeterea etiam h. l. postulant plurimi codices, ut meliori verborum ordine legatur: *Μαντινεῖσ πολὺ τῷ κέρα* —.

Cap. 72. *Ἄλλα μάλιστα δὴ κατὰ πάντα τῇ ἐμπειρίᾳ Λακεδαιμόνιοι ἐλασσωθέντες τότε* —. Bauerns optime intellexit, Lacedaemonios imperitiae in bello gerendo ad cusari non posse. Quare ad illud: *ἐμπειρίᾳ* supplet: *τῶν πολεμίων*. Sed mihi durius esse videtur, si hoc suppleris, cum nihil aliud vocabulo: *ἐμπειρίᾳ* adiectum legamus. Fortē corrupta librariorum lectio ex hac vera lectione: *μάλιστα τῇ κατὰ πάντα δὴ ἐμπειρίᾳ* est orta. Tum facilius propter illud: *κατὰ πάντα* ex oratione contexta suppleri potest: *πολεμίων*. Tantum literarum: *δ* et: *τ* permutatione, etiam in librariis obuia, haec mea emendatio nititur.

Cap. 75. *Τοὺσ ἀπὸ Κορίνθου καὶ ἔξω ἰσθμοῦ ξυμμα-*

χοις ἀπέστρεψαν πέμπαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι —: Plerique codices legunt: *ἑυμάχους ἀπέστρεψαν πέμπαντες* —: Quam lectionem iure praeferunt Dukerus et Bauerus, quia dicendi consuetudini Thucydideae est adcommo- data. Praeter locum, lib. IV, c. 97. a Dukero laudatum: *ἀπαντᾷ κήρυκι Βοιωτῶν, ὃς αὐτὸν ἀποστρέφει* — etiam con- ferri meretur locus lib. IV, c. 80: *ἤλλαξον ἀποστρέφαι αὐ- τοὺς μάλιστα* —, ubi etiam permutatio horum vocabulo- rum: *ἀποστρέφαι* et: *ἀποστρέφαι* librariis consueta lectio- nis varietate confirmatur. Nostro loco etiam Valla le- gebat: *ἀπέστρεψαν*, quia vertit: *auxilia* — *ab aliis ex- tra Isthmum sociis venientia per nuntios remiserunt.* — In verbis: *ἑυέβη* (nam ita haud dubie codicum quo- rundam auctoritate et perpetua scribendi ratione in Thu- cydide obuia pro illo: *συνέβη* est legendum) *καὶ τοὺς ὑπο- λοιποὺς φύλακας, τῶν Ἀργείων ἐξελεθόντων, διαφθεῖραι πολ- λούς* — praeter alios tredecim codices etiam Vindob. le- git: *ἐξελεθόντων, αὐτῶν διαφθεῖραι πολλούς* —, quod ad- ditamentum non a librario, sed ab ipso Thucydide pro- fectum esse mihi videtur. Nam constat, post parenthe- sin saepe et Graecos et Latinos maioris perpericuitatis causa pronomen: *αὐτός, ille*, adiungere, quamvis in ta- libus locis redundare videatur.

Cap. 85. *Ἀγώσαντες ἀπῆλθον, ὅτι σφῶν τοὺς φυγά- δας ἀπέδεχοντο.* Non apta est lectio: *ἀπέδεχοντο.* Quare longe praeferenda est cum Abreschio et Bauero illa Vin- dob. et aliorum undecim codicum lectio: *τοὺς φυγάδας ὑπέδεχοντο, amice exceperunt.* Nam Scholiastae ad- notatione lib. I, cap. 57. dicitur: *τὸ ὑποδέχεσθαι, φιλικῶς.*

Cap. 86. *Περιγυγνομένοις μὲν τῷ δικαίῳ — πόλεμον* —: Lectionem omnium fere librorum: *περιγενομέ- νοις μὲν τῷ δικαίῳ* — cum Abreschio restituendam esse censeo.

Cap. 90. *Νομίζομέν γε χρήσιμον — μὴ καταλύειν ἡμᾶς τὸ κοινὸν ἀγαθόν* —. Dukero atque etiam viro doctissimo Coray legere placet: *καταλύειν ὑμᾶς* —, quod haud dubie orationi contextae est magis accommodatum, quia Athenienses bello inferendo statum civitatis in Melio- rum insula erant commutaturi. Ita etiam duo codices meliores Cass. et Aug. legunt et eandem lectionem quo- que Valla in suo libro inuenit, quia vertebat: *a vobis commune bonum non tolli* —. In verbis: *καὶ τε καὶ ἐκτός*

τοῦ ἀκριβοῦς πείσονται τῶν ἀφελθηῖναι — omnes fere codices legunt: καὶ ἐν τῷ τῷ ἀκριβοῦς — h. e. ea suaderent, quae nondum satis exacta sunt ad severam legum normam. Quam codicum lectionem quoque cum Bauere praefero. Nam minus quadrat lectio: ἐκ τῷ ἀκριβοῦς, quod ea indicaret, quae adcuratae legum normae aduersantur.

Cap. 97. Ἄλλως τε καὶ νησιῶται ναυτοκρατόρων καὶ ἀσθενέστεροι ἐτέρων ὄντες, εἰ μὴ περιγένησθε —. Omnes fere codices legere iubent: νησιῶται ναυκρατόρων —, quam lectionem etiam Bauerus, Dukerus aliique probant. Particulam; καὶ ante: ἀσθενέστεροι explico: etiam, ut, commate ante: καὶ sublato, sensus sit horum verborum: cum inprimis insulae sitis incolae, atque imbecilliores etiam reliquis hominibus in mari potentibus. Eadem lectio: ναυκρατόρων etiam cap. 109. a plurimis codicibus vulgatae loco commendatur.

Cap. 98. Εἰ τυγχάνοι καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ, ξυμβαῖνον —. Omnium fere codicum lectio: εἰ τυγχάνετε καὶ — non est reiicienda.

Cap. 106. Ἡμεῖς δὲ — πιστεύομεν — μὴ βούλεσθαι προδόντας — ἀπίστους καταστῆναι —. Septem codices legunt: μὴ βουλήσεσθαι προδόντας —. Ita etiam Scholiastes et Valla in libris suis legisse videntur. Nam Scholiastes explicat: τοὺς Λακεδαιμονίους πιστεύομεν καὶ μάλιστα ἔξειν ὑμῖν βοηθῶς — et Valla vertit: credimus — non commissuros, ut Melius, colonia ipsorum, proditis, efficiantur infidi —. Quare non dubito, lectionem aptiorem: βουλήσεσθαι h. l. esse praefendam.

Cap. 107. Οὐκ οὖν οἴεσθε τὸ ξυμφέρον μὲν, μετὰ ἀσφαλείας εἶναι, τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλὸν μετὰ κινδύνου δραῖσθαι. Cum Vindob. omnes fere codices legunt: μετὰ κινδύνου δραῖσαι —. Veram igitur esse puto tot codicum lectionem. Nam illud: δραῖσαι pendet ab: οἴεσθε — et verbum: εἶναι horum verborum constructionem non turbare potest, quia ex more Atticorum redundat.

Cap. 110. Καὶ οὐ περὶ τῆς μὴ προσηκούσης μάλλον, ἢ τῆς οἰκειότερας ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς, ὁ πόθος ὑμῖν ἐστίν —. Illud: τε καὶ γῆς non est ferendum et nimis artificiosa est interpretandi ratio, quam nonnulli de his verbis excogitarunt. Mihi quidem persuasum est, male collocatas esse copulas: τε καὶ librariorum negligentia et

potius verbis transpositis legendam esse: τῆς οἰκιστιέρας τε καὶ ξυμμαχίδος γῆς. Etiam Scholiastes verba: οἰκιστιέρας et: ξυμμαχίδος iam separavit. Nam explicat: ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν ξυμμαχῶν καὶ τῆς ὑμετέρας. Valla plane non legisse videtur illud: ξυμμαχίδος τε καὶ —. Nam vertit: non de terra nihil ad vos pertinente sed vestra ipsorum. Sed si ita duplicem copulam: τε καὶ transponimus, longe aptior horum verborum lectio sine ulla quorundam vocabulorum omissione existet. Librariorum negligentiam h. l. particulas: τε καὶ alieno loco posuisse, etiam inde adparet, quia alio sed simili errore in codice Regio legitur: ξυμμαχίδος τε γῆς καὶ ὁ πόνος —.

Cap. 111. Πολλὴν τε ἀλογίαν τῆς διανοίας παρέχετε —. In loco Dionysii Halicarn. ubi haec Thucydidis verba repetiit, legitur: πολλὴν γε ἀλογίαν. Quae haud dubie est vera lectio, cum illud: τε nihil habeat, ad quod referatur. — In verbis: προορωμένοις ὅτι, ἐς οἷα φέρονται — errore typographi illud: ὅτι est insertum in editione Lipsiensī. Nam codd. et reliquae editiones legunt: προορωμένοις ἔτι, ἐς —. In verbis: ξυμμαχούς γενέσθαι, ἔχοντας τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ὑποτελή — omnes fere codices legunt: αὐτῶν ὑπρτελεῖς —, et quia ita etiam aliis locis de hominibus tributariis hoc vocabulum usurpatur, recipienda est haec lectio, sicut iam alii interpretes suaserunt. — In ultimis verbis: ὅτι περὶ πατρίδος βουλευέσθε, ἦν, μιᾶς περὶ καὶ ἐς μίαν βουλήν, τυχοῦσαν τε καὶ κατορθώσασαν, ἴσται — nulla verborum emendatione opus esse censeo, sed commate vocabulum: μίαν a sequenti: βουλήν distingo, vocabulum: βουλήν cum sequenti: τυχοῦσαν coniungo, et ad: βουλήν suppleo ex antecedentibus: βουλευέσθαι, sicut iam Homerus Iliad. κ, 415. scripsit: βουλᾶς βουλευέειν. Iam horum verborum sensus erit: de qua patria tanquam de una et ad cuius tantquam unius commodum iam consilia vel prospera vel infelicia capere licet.

Cap. 115. Ἀποσθέντες ὑπὸ τε τῶν Φλιασίων καὶ τῶν σφετέρων φηγάδων —. Omnes fere codd. articulum: τῶν ante: Φλιασίων — omittunt. Quod vocabulum etiam h. l. minus desiderabitur, cum modo antecessisset: ἐς τὴν Φλιασίαν —. In verbis: ἐσπενήγαμενος σῆτόν τε καὶ ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χερμασιν, ἀναχωρήσαντες ἠσύχατον —, si sub illo: ἀγορά, cuius antea mentio iniicitur, h. l.

forum rerum venalium in munitionibus Atheniensium, sicut vere censuit Dukerus, intelligitur, illud: *χορήμασιν* non apte ad: *ἐδύναντο* potest referri. Quare, commate post: *ἐδύναντο*posito, illud: *χορήμασιν* cum: *ἀναχωρήσαντες* coniungere malim, ut sensus existat: *frumentum et alia quam plurima poterant comportantes* (ex Atheniensibus munitionibus rapta) *cum bonis varii generis recesserunt et quieverunt.*

LIBRI VI. cap. 1. *Σικελίας γὰρ περίπλους μὲν ἐστὶν ὀλκάδι οὐ πολλῶν τινὶ ἐλάσσων ἢ ὅπῳ ἡμερῶν* —. Nulla quidem lectionis varietas in hoc loco est adnotata, sed tamen verisimile est, Thucydidem scripsisse: *οὐ πολλῶν τινὶ ἐλάσσων* —.

Cap. 2. *Ἐπιβῆθι δὲ ὡδὲ τὸ ἀρχαῖον* —. Legendum est: *ἐπιβῆθι δὲ ἡδε* —. Ita scribunt decem codices. Etiam Vallae liber ita legit, quia vertebat: *incoluerunt autem eam ab initio* —. Eodem respiciunt falsae quinque codd. Pariss. lectiones: *ἤδη τὸ ἀρχαῖον* — et Vindob.: *ἤδη τὸ ἀρχαῖον* —. In verbis: *αἰκοῦσι δὲ ἔτι καὶ νῦν τὰ πρὸς ἐσπέραν τῆς Σικελίας* — quatuordecim codices legere iubent: *τὰ πρὸς ἐσπέραν τῆν Σικελίαν* —. In verbis: *ἀπὸ Ἰταλοῦ, βασιλείᾳς τικῶς Ἀρκάδων* — cum Servio adhuc octo alii codices lectionem meliorem: *βασιλείᾳς τικῶς Σικελῶν* profecerunt. Eandem lectionem quoque confirmant Vindob. Dan. Mosqu. et quinque Pariss. qui exhibent: *Σικελοῦ*. Si lectionem: *Σικελῶν* admittimus, etiam facilius adparet, quare Thucydides, mentione Siculorum, Italiae incolarum, iniecta, statim narrationem de Italo rege adiunxerit. — In verbis denique: *ἀφρας γὰρ ἐπὶ τῇ θαλάσῃ ἀπολαβόντες* — nonnulli quidem codices, etiam Scholiastae testimonio, legunt: *ἀναλαβόντες* pro vera lectione: *ἀπολαβόντες*, sed melius indicatur lectione: *ἀπολαβόντες*, loca, quae ceperint, maritima simul a Phoenicibus esse munita. Quare Scholiastes interpretatur: *ἀποτεχίσαντες*. Ita quoque Scholium lib. I, 134. vocabulum: *ἀπολαβόντες* explicat illo: *περιερίξαντες*, et lib. IV, c. 45. illud: *ἀπολαβόντες* positum esse dicitur pro: *περικυκλώσαντες*.

Cap. 3. *Ἐλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς, ἐξ Εὐβοίας, πλείονατες μετὰ Θουκλίου εἰκοστού, Νέστον ἤμαρσαν* —. Plurimi quidem codices legunt: *Ἐλλήνων δὲ πρῶτον* —, sed consuetudini Thucydidis, cuius plura exempla sub

historiae eius initio occurrunt, magis est adcommo-
datum, ut lectio vulgata retineatur. Contrario librario-
rum errore infra in verbis: πρώτων θύουσι — quatuor Pa-
riss, male legunt: πρώτοι θύουσι. Sed lectio: Νάξον ᾧ κί-
σαν, quam tres codices exhibent, haud dubie est reci-
pienda. Ita etiam statim in sequentibus occurrit: Σύρα-
κούσας δὲ — ᾤκισε, et: Λιοντίουσι τε — οἰκίζουσι etc. —
In verbis: ἐφ' ᾧ, ὅταν ἐκ Σικελίας θεωροὶ πλεύσωσι, πρώ-
τον θύουσι — plurimorum librorum lectio: θεωροὶ πλέ-
ουσι — non videtur esse reiicienda.

Cap. 4. Μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἰκισίαν — et paullo
post: μετὰ τὴν σφετέραιαν οἰκισίαν Γελῶσι —. Utrouque loco
etiam Dukerus aptiorem lectionem esse censet: οἰκίσιν,
quamquam unius tantum codicis auctoritas hanc le-
ctionem suadet. — In verbis: Πάμμυλον πέμψαντες ἐς
Σελινοῦντα κτίζουσι — egregiam esse arbitror Dukeri con-
iecturam, ut, eiecta particula: ἐς, legatur: πέμψαντες Σε-
λινοῦντα. Sicut enim in falsa codicum nonnullorum le-
ctione: Ἐλινοῦντα litera σ facile perit propter ante-
cedentem literam σ, ita etiam ultima syllaba in vocabu-
lo: πέμψαντες male duplicari potuit a librariis. Saltem
valde inepta est vulgata lectio. — In verbis: ὑστερον δὲ
ἀπὸ Χαλκίδος — πλήθος ἐλθὼν ξυγκατενεύμαντο — unde-
cim codices aptissime legunt: ὑστερον δὲ καὶ ἀπὸ Χαλ-
κίδος —. Denique in verbis: θρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν
ἰδίαν ἐστὶ — plurimi codices alium verborum ordinem:
θρεπανοειδὲς τὴν ἰδίαν τὸ χωρίον ἐστὶ — praescribunt.

Cap. 6. Ἐπιήμενοι μὲν, τῇ ἀληθεστάτῃ προφάσει, τῆς
πάσης ἄρχεν —. Cum Vindob. adhuc sexdecim codices
legunt: πάσης ἄρξειν —, neque haec lectio est inepta,
quia rem longo post tempore demum futuram indicat. —
In verbis: τοῖς ἑαυτῶν ξυγγενέσι. καὶ τοῖς προσγεγενημένοις
ξυμμάχοις — magis mihi cum Dukero placet lectio: τοῖς
προγεγενημένοις —, quam quinque codices et Vassæ
liber adferunt, quia in sequentibus etiam pristinae so-
cietatis cum ciuitatibus nonnullis in ita mentio iniicitur.

Cap. 7. Τῆς δὲ γῆς ἔτεμον οὐ πολλὴν, καὶ αὐτὸν ἀνε-
κόμισαν, τινὰ ζεύγη κομίσαντες —. In Diodoro Siculo, ubi
de eadem re gesta loquitur, contraria ratione adfirmari
legimus: καὶ πολλὴν τῆς γῆρας δηώσαντες. Qualis narra-
tio etiam alijs locis, ut lib. III, cap. 26, occurrit. Non
autem adparet, cur memoratu dignum hoc fuerit, quod

non multa terrae pars sit vastata, sed contraria ratione potius, plurimos agros esse vastatos, narrari meretur; id, quod nostro loco etiam orationi contextae magis convenit, quia simul plaustra frumento onusta inde abducta esse adiicitur. Porro in Graecis huius loci verbis facile intelligitur, quomodo particula: οὐ ex ultima syllaba vocabuli: ἔτεμον male repetita intrudi potuerit. In Vallae libro denique hanc particulam quoque defuisse videmus, quia vertit: *eumque magna ex parte populati*. Verisimile est igitur, particulam: οὐ ex nostro loco esse eiciendam. Quod vero vocabulum: ἀνεχώμασαν atinet, cum Vindob. adhuc decem codices legere iubent: ἀνεχώμισαντο, sibi comportarunt. Quae lectio haud dubie huic loco est aptissima.

Cap. 8. Ὡς εἴη ἔτομα ἐν τε τοῖς ἱεροῖς πολλὰ καὶ ἐν τῷ κοινῷ — Vindob. cum alijs duodecim codicibus legunt: καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς —. Quia inter Graecos et: το κοινὸν et: τὰ κοινὰ dicitur de ciuitate et eius opibus, quod exempla ex Herodoto et Xenophonte proferenda confirmare possunt, non dubito, veram esse huius loci lectionem: ἐν τοῖς κοινοῖς. — In verbis: καὶ ὁ Νικίας, ἀκούσας μὲν ἡρημένος ἄρχειν — lectionem tredecim codicum: ἀκούσας μὲν ἡρημένος — cum Dukero, Bauero aliisque longe praeferendam esse vulgatae censeo.

Cap. 10. Φημι γὰρ, ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε ὑπολιπόντας, καὶ ἑτέροισ ἐπιθυμῆν ἐκείσε πλεύσαντας δεῦρον ἐπαγαγέσθαι. Lectio: ἡμᾶς πολεμίους πολλοὺς —, quam duodecim codices exhibent, est aptissima et modestiae oratoria quam maxime adcommodata. Porro lectionem: πλεύσαντας δεῦτερον ἐπαγαγέσθαι —, quam cum Vindob. etiam undecim codices suadent, ab interpretibus quidem improbari video. Sed eam minime reiicio. Nam illud: ἐκείσε iam respondet antecedenti: ἐκθάδε, neque igitur opus est, ut etiam: δεῦρον ad: ἐκείσε referatur. Porro non verisimile erat tunc temporis, Siculos ab Atheniensibus irritatos in ipsam Atticam, Atheniensium imperio, quod in mari exercebant, tutissimam, impetum esse facturos. Denique illud: δεῦτερον ad omnes omnino Atheniensium hostes, quos et in Graecia adhuc multos reliquerant et nouos in Sicilia sibi excitabant, est referendum. Ipsa autem tristis experientia docuit, statim post expeditionem bellicam, ab Atheniensibus contra Sy-

racusanos susceptam, etiam bellum Peloponnesiacum, induciis varie violatis, recruduisse; id quod illo: *δεύτερον επαγαγείσθαι* haud dubie indicatur. — In verbis: *οὕτω γὰρ ἐνθ' ἔνδε τε ἄνδρες ἔπραξαν αὐταῖς καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων* — aptiorem esse puto octo codicum lectionem: *ἔπραξαν αὐτὰ*, ut in genere indicentur variae civium et aduersariorum contra foedus initum machinationes. Dukerus iam huic lectioni fauebat. — In verbis: *διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔτι ἠσυχάζειν, δεχημέροις σπονδαῖς καὶ αὐτοὶ ἔτι κατέχονται* — ighorant quatuordecim codices particulam: *ἔτι* ante: *κατέχονται*. Quam etiam nemo, quia modo adfuit, in loco nostro desiderabit. Etiam Valla hanc particulam in libro suo non legit, quia vertebat: *est ipsi ab inuadendo cohibentur*. — Eodem modo etiam in verbis sequentibus: *οὓς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους σφίσι γενέσθαι ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ* — duodecim codices omittunt pronomen: *σφίσι* tanquam superfluum neque necessarium in hoc loco. Etiam Scholiastes hanc voculam ignorauit. Nam interpretatur haec verba: *οὓς οἱ Πελοποννήσιοι ἐτιμήσαντο ἂν ἀντὶ πολλῶν χρημάτων συμμάχους ἔχειν*. Item quoque Valla non eam legit in libro suo. Nam vertit: *quos iam pridem putant operae pretium esse excire in societatem*. — In verbis: *ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι, πρὶν, ἣν ἔχομεν, βεβαιωσώμεθα* — cum Vindob. adhuc alii nouem libri adferunt: *βεβαιωσώμεθα*. Sed praefero vulgatam, ut sensus existat: *antequam illud confirmauerimus imperium*. — In verbis denique: *ἡμεῖς δὲ Ἑγεσταιοῖς δῆ, οὓσι ξυμμάχοις — ὀξέως βοηθοῦμεν* — elegantissima est lectio cod. Mosqu. et unius Paris.: *Ἑγεσταιοῖς δῆθεν* — *Egestanis scilicet* —, quae etiam Bauero, interpreti subtilissimo, et Gailio doctissimo valde arridet, et quia iam Scholiastes ita legisse videtur, multo maior huic lectioni auctoritas conciliatur. Scholiastae verba sunt: *ἡμεῖς δὲ Ἑγεσταιοῖς δῆθεν ἀδικουμένοις ἢ ὡς δῆθεν ξυμμάχοις οὖσιν*.

Cap. 11. *Τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσονται: ὅσω δὲ καὶ περὶ πλείστον καὶ διὰ πλείστον ὄξαν ἀρετῆς μελετώσιν*. Quia haec verba: *ὅσω* — *μελετώσιν* cum antecedentibus arcte cohaerent, non quadrat particula: *δὲ*, quam etiam cum Vindob. adhuc tredecim codices omittunt, neque etiam in Scholiasta huius particulae: *δὲ* vestigia deprehenduntur.

Cap. 12. Καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν —. Illud: εἶναι non est Thucydide indignum et h. l. more Atticorum redundat. — In verbis: εἴτε τις ἄρχην ἄσμενος αἰρεθεὶς παραινεῖ. — puto praefendam esse h. l. codicis Graeu. lectionem: εἰ δέ τις —, quia illud: τε nihil habet, quo referatur. — In verbis: διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ἀφελήθῃ — illud: καὶ verto: etiam, et comma post: πολυτέλειαν tollendum esse censeo.

Cap. 13. Οὓς ὁρῶν ἐγὼ νῦν — καθημένους —. Duo: decim codicum auctoritate legendum est mutato verborum ordine: οὓς ἐγὼ ὁρῶν νῦν —, sicut etiam Gailius doctissimus recte edidit.

Cap. 14. Τῆς δὲ πόλεως κακῶς βουλευσαμένης ἱατρὸς ἂν γενέσθαι. Vocabulum: κακῶς in omnibus fere codicibus abest neque a Thucydide videtur esse positum, sed potius ex Scholiastae ortum esse interpretamento. Non opus est hoc additamento: κακῶς, quia modestiae oratoris ad ciues verba facientis non est accommodatum. Praeterea iam simile quiddam verbis antecedentibus: τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους indicatur, quae verba haud dubie ad populum male consultantem sunt referenda. Nam eorum sensus est: denuo roga sententiam Athenienses et cogita, si eos denuo in suffragia mittere vereris, te coram tot testibus, si leges violentur, non reprehensione dignum fore, sed potius diuitati consultantem adlaturum esse medici opem.

Cap. 17. Ἡ ἐμὴ νεότης — ἔπεισε καὶ νῦν μὴ πεφοβῆσθαι αὐτήν —. Cum Scholiasta etiam alii interpretes ad illud: αὐτήν supplent: iuuentutem et amentiam, quia in sequentibus statim sequatur: ἀλλ' ἕως ἐγὼ τε ἔτι ἀκμάζω μετ' αὐτῆς, quod aperte ad iuuentutem et amentiam Alcibiadis sit referendum. Sed ipsa verborum coniunctio, quam iis laudandis indicaui, satia nobis persuadet, non haec verba ad: αὐτήν suppleri posse, quia: νεότης καὶ ἄνοια cum: ἔπεισε cohaerent. Quare etiam illud: μετ' αὐτῆς, cum proxime antecesserit: ἔπεισε, apte quidem intelligitur de iuuentute et amentia Alcibiadis, sed non sequitur, ut etiam ad: αὐτήν haec suppleri debeant. Nam aptius ad illud ex antecedentibus intelligitur: τὴν Πελοποννησίων δύναμιν, sicut iam Valla interpretatus est haec verba. — In verbis: καὶ τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν μὴ μεταγγιγώσκητε — septem codices legunt: μὴ μεταγγιγώ-

σκέτεσ —, quod apte cohaeret cum antecedenti: ἀποχρή-
 σασθε τῇ ἐκατέρου ἡμῶν ὠφελείᾳ —. Etiam Scholiastes
 ita legisse videtur, quia haec verba interpretatur: μὴ διὰ
 τοῦτο μεταγνώτε —. In verbis: καὶ μὴ οὐδ' ὀπλίται οὐτ'
 ἐπίλοιποι, ὅσοι περικυμποῦνται — διαφανήσαν τοσοῦτοι ὄντες
 — octo codices legunt: ὅσοι περ κομποῦνται —. Quia
 igitur illud: ὅσοι περ in usu est, non autem verbum:
 περικυμποεῖν, et quia etiam Thomas Magister, laudato
 Thucydidis loco, hanc octo codicum lectionem confir-
 mat, eam vulgatae praeferendam esse censeo. — De-
 nique in verbis: καὶ τὰ ἐνθάδε οὐκ ἐπικωλύσει, ἣν ὑμεῖς
 ὀρθῶς βουλευήσθε — aptiorem habeo septem codicum le-
 ctionem: καὶ τὰ ἐνθ' ἐνδε οὐκ ἐπικωλύσει —. Nam agit
 Alcibiades de ipsa expeditione bellica contra Siculos sus-
 cipiendam, quam populi quidam in Sicilia sint, inita so-
 cietate, adiuturi. Aptè igitur his adiungit adfirmatio-
 nem, neque ex Graecia inde Atheniensium hostes Syra-
 cusanis laturos esse auxilium, si recta caperent consilia.
 Tristis vero experientia docuit, inprimis auxilio a Spar-
 tanis lato Syracusanis et in Siciliam misso malum hanc
 Atheniensium expeditionem habuisse euentum.

Cap. 18. Καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον ἡμῖν τοῖς
 ἄλλοις τὸ ἥσυχον —. Octo codices legunt: ἐπισκεπτέον
 ἡμῖν τοῖς ἄλλοις —, quod haud dubie est praeferendum,
 quia statim sequitur: εἰ μὴ — μεταλήψασθε. — In ver-
 bis: ὑπεριδόντες καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι
 ἡσυχίαν — quatuordecim codices ignorant haec verba:
 καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες, quae etiam a Thoma Magistro sunt
 omissa. Quare illa ex librarii interpretamento orta iure
 esse omittenda videntur. — Denique in verbis: τρίψε-
 σθαί τε αὐτὴν περὶ ἑαυτὴν — ex undecim codicum ve-
 stigiis, quae adferunt: περὶ αὐτὴν, cum regio codice le-
 go: αὐτὴν περὶ αὐτὴν —, quia etiam in aliis locis pro:
 ἑαυτὴν a Thucydide et aliis Graecis ponitur.

Cap. 19. Παρελθὼν αὐτοῖς ἔλεγε τοιαύδε —. Qua-
 tuordecim codices legunt: αὐτοῖς αὐθις ἔλεγε —. Ita
 etiam Valla in libro suo legebat, quia vertit: *tursus pro-*
cedens hunc in modum apud eosdem locutus est. Quia
 vero Nicias nunc repetitam ad populum orationem ha-
 bebatur, nulla dubitatio de huius lectionis veritate relin-
 quitur.

Cap. 20. Οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ'

ἐλευθερίας προσδεχομένως —. Quia sequitur statim: τό, τε πλῆθος, ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ, πολλὰς —, mihi verisimile est, Thucydidem scripsisse: οὐθ' ἂν τὴν ἀρχὴν —. Eodem modo etiam antea scriptum legebatur: οὐθ' ὑπηκόους ἀλλήλων, οὔτε δυναμένως μεταβολῆς —. In verbis: χρήματά τ' ἔχουσι, τὰ μὲν ἴδια, τὰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς. — tres codices legunt: χρήματ' ἔχουσι —. Graeu. profert: χρήματα ἔχουσι —. Quae lectio Graeu. codicis mihi inprimis placet, quia illud: τε post: χρήματα nihil habet, quo referatur, Facile falsa lectio: χρήματά τ' ex ultima syllaba vocabuli: χρήματ', sicut tres codices legunt, male repetita oriri potuit. — In verbis statim sequentibus: Συρακουσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων τινῶν ἀπαρχὴ εἰσφέρεται — Dukerus ingenue fatetur, se ignorare, quid h. l. ἀπαρχὴ indicare possit, Quinque Paris. cum aliis septem codd. legunt: ἀπ' ἀρχῆς φέρεται —. Eodem respiciunt alii duo codd., qui legunt: ἀπαρχὴ φέρεται. Dukerus hanc lectionem habet vulgata meliorem, quia illud: εἰσφέρειν magis de ciuibus pecuniam in aerarium conferentibus, φόρος autem et: φέρειν de populis subactis et in prouinciae formam redactis adhibetur. Tunc ad illud: φέρεται ex antecedentibus suppleri debet: χρήματα, Syracusanis vero etiam a barbaris nonnullis tributa ex imperio soluantur. Forte etiam Valla hanc codicum lectionem secutus est, quia etiam tributa in sua interpretatione Latina commemorat. Saltem de Scholiasta non dubitare licet, quin hanc codicum lectionem respexerit sua interpretatione: ἔχουσι φόρον καὶ ἀρχοντες βαρβάρων τινῶν. Puto igitur, Thucydidem scripsisse: ἀπ' ἀρχῆς φέρεται.

Cap. 21. Εἴπερ βουλόμεθα ἄξιόν τι τῆς διανοίας δοῶν —. Lectionem satis elegantem: ἄξιόν τι τῆς — respuunt codices. Nam omnes fere, eiecto: τι, legunt: ἄξιον τῆς διανοίας —. Quae lectio etiam a Thucydide proficiisci potuit, quia non semper optimi scriptores etiam optima scribendi ratione utuntur. — In verbis: ἀλλ' ἐς ἄλλοτριαν πᾶσαν ἀπαρτήσαντες — tredecim librorum consensus iubet lectionem aptiorem: πᾶσαν ἀπαρτήσοντες — praeferre, ut haec antecedentibus: οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρατευσόμενοι, respondeant.

Cap. 26. Αὐτοκράτορας εἶναι καὶ περὶ στρατιᾶς πλῆθους καὶ περὶ τοῦ παντός πλοῦ τοὺς στρατηγούς πράσσειν —.

Quatuordecim codicum auctoritate praefenda est aptior lectio: *περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τούτους στρατηγούς πρῶσσειν* —, quia non in uniuersum de omnibus Atheniensium imperatoribus bellicis tale plebiscitum valere potuit.

Cap. 28. *Ἐμποδῶν ὄντι σφίσι αὐτοῖς μὴ τοῦ δήμου βεβαίως προεστάναι* —. Septem codd. Paris. cum aliis octo libris ordine verborum mutato legere iubent: *ἐμποδῶν ὄντι σφίσι, μὴ αὐτοῖς τοῦ δήμου* —. Neque reicienda est haec lectio, quia datiuus: *αὐτοῖς* infinitiuo adiunctus ad antecedentem datiuum: *σφίσι* refertur, sicut etiam linguae Graecae consuetudo permittit.

Cap. 30. *Ὡς ἐκέλευεν ἀθρόοις ἐπὶ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν τὸν Ἴονιον διαβαλοῦσιν* —. Adhuc male retinetur uocula: *τὴν* ante: *ἄκραν* in recentissima Baueri et Gallii editione, quam plurimorum codicum atque aliorum etiam locorum Thucydidis auctoritate iam doctissimus Wasse eiecerat.

Cap. 33. *Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' ἡμᾶς (ὃ πᾶν θαυμάζετε) πολλῇ στρατιᾷ ὤρμηται* —. Tredecim codices legunt: *ἐφ' ὑμᾶς* —. Quam lectionem partim praefero, quia statim in ipso orationis initio occurrit, quo ipsos Syracusanos allocuturus erat orator, quos tamen nondum certa compellatione distinxerat, partim etiam, quia statim sequitur: *θαυμάζετε*, non autem: *θαυμάζομεν*. — In verbis: *κάλλιστον δὴ ἔργων ἡμῖν ξυμβήσεται* — singularis vis uoculae: *δὴ*, non autem uocabulo: *ἔργων* inest. Quare praestantiorē habeo sex codicum lectionem: *κάλλιστον δὴ ἔργον ἡμῖν* —. In verbis: *πάντα γὰρ δὴ ὑπὸ θεοῦ ξυνίσταται* — duodecim codices omittunt particulam: *δὴ*, qua etiam h. l. facile carere possumus, quia iam particula: *γὰρ* adfirmandi vim habet. — Denique in verbis: *οὐκ ἀνέλπιστον, τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι* — forma Attica: *τὸ ταιαῦτον ξυμβῆναι*, quam cum Thoma Magistro etiam octo codices exhibent, est recipienda.

Cap. 34. *Ὅπως ἢ ξυμμαχίαν ποιῶνται ἡμῖν, ἢ μὴ δέχωνται Ἀθηναίους* —. Si quid ualet codicum fere omnium auctoritas, h. l. legendum est: *ξυμμαχίαν ποιῶμεθα ἡμῖν* —. Sicut autem: *προσβελα* saepe pro: *legati* ponitur, ita etiam h. l. *ξυμμαχία* pro: *socii*. Quod cum a dicendi ratione in Thucydide obuia non abhorreat, lectionem tot codicum non esse reiciendam censeo. — In verbis fere ultimis: *χρησιμώτατα ἂν ξυμβῆναι* etiam duo-

decim codices magis consuetum: χρησιμώτατον ἂν
 ξυμβῆναι postulant.

Cap. 35. Οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἄν τρόπον ἔλθοιεν οἱ Ἀθη-
 ναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἔστιν, ἃ λέγει τοῖς δέ, εἰ καὶ ἔλθοιεν —
 Illud: τοῖς δέ maxime vexat interpretes, quia non apte
 antecedentibus: οἱ μὲν — respondet. Equidem partem, cum
 verbis: οἱ μὲν accuratius in sequentibus convenire ver-
 ba: ἄλλοι δὲ καὶ πάντα καταφρονούντες —. Nam in univet-
 sum eorum imprimis mentionem Thucydides iniecit in
 his verbis, qui vel nullam fidem habebant Hermocratis
 verbis, vel ea ut plane contemnenda irridebant. Sua-
 deo igitur, ut colon post: ἃ λέγει tollatur et verba: τοῖς
 δέ in: τοῖςδε mutata cum antecedentibus arcte coniu-
 gantur. Quae si iam vertuntur: non vera esse, quas
 his dicat —, aperte illud: τοῖσδε ad Syracusanos, in quo-
 rum concione hanc habuerit orationem, refertur.

Cap. 40. Τοῦτο μὲν ἂν ἴσον καὶ πλέον, οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν
 — μετασχεῖν. Duodecim codices lectionem proferunt
 aptiorem: τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἴσον καὶ πλέον, quam Wasse
 non sine causa commendat.

Cap. 41. Τοιαῦτα Ἀθηναγόρας εἶπε —. Aptior est
 plurimorum codicum lectio: τοιαῦτα μὲν Ἀθηναγόρας
 εἶπε —. Ita quadrat melius, quod sequitur: τῶν δέ στρα-
 τηῶν εἰς —. In verbis: πρὸς δέ τὰ εἰσαγγελλόμενα μάλ-
 λον — lectionem Thucydidi consuetam: τὰ εἰσαγγελ-
 λόμενα — nonnullorum codicum auctoritate admittere
 debemus. — In verbis: ὅπως εἰς τε ἕκαστος — καλῶς τοὺς
 ἐπιόντας παρασκευαζώμεθα ἀμύνεσθαι — duodecim codi-
 ces nos legere iubent: παρασκευαζώμεθα ἀμύνεσθαι.

Cap. 45. Καὶ ἐς τὰ περίπλοκα τὰ ἐν τῇ χώρᾳ φρουρὰς
 ἔσεικμιζον —. Optimorum quorumque interpretum con-
 sensu legendum esse censeo: ἐς τὰ περιπόλια τὰ ἐν
 τῇ χώρᾳ —, sicut nonnulli codices cum Scholiasta ex-
 hibent.

Cap. 46. Ὅτι αὐτοῖς τοῦτο τε πρῶτον ἀντεκεκρούετο
 καὶ οἱ Πηγῖνοι οὐκ ἐθέλησαντες ξυστρατεύειν — καὶ εἰκὸς
 ἦν μάλιστα —. Illud: οἱ Πηγῖνοι nihil habet, ad quod
 in antecedentibus apte referatur. Mihi quidem verissi-
 millimum est, Thucydidem olim scripsisse: οὐκ ἠθέ-
 λησαν τε ξυστρατεύειν —. Ita illud: τε post ἠθέλησαν
 apte respondet sequenti: καὶ εἰκὸς ἦν —. Litera super-
 flua, quae illi: ἠθέλησαν τε in falsa lectione: ἐθέλησαντες

adhæserat, haud dubie orta est ex prima syllaba sequentis vocabuli, quod in multis codicibus scribitur: *συστρα-
τείειν*, male duplicata. — In verbis: *τῷ μὲν Νικίᾳ
προσδεχομένῳ ἦν τὰ περὶ τῶν Ἐγεσταίων* — longe praeferenda est nouem codicum lectio: *τὰ παρὰ τῶν Ἐγε-
σταίων* — Nam illud: *ἀγγελλόμενα* supplendum est ad:
τὰ παρὰ τῶν Ἐγεσταίων. Constat autem, verba nuntian-
di, quae plerumque cum: *παρὰ* iuncta nuntium de ali-
qua re allatum indicant, saepe in tali dicendi ratione
omitti. Quare falsa lectio: *περὶ τῶν Ἐγεσταίων* librario-
rum interpretamentis est adnumeranda. — In verbis
denique: *καὶ οἱ μὲν* — *πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν
στρατιωτῶν* — videtur magis vera latere lectio: *πολλὴν
τὴν αἰτίαν εἶχον* —, sicut etiam in aliis locis non pau-
cis vocabulum: *τις* illi: *πολύς* ornatus causa adiicitur.
Ut cap. 51: *οὐ πολλὰί τιές*.

Cap. 50. *Λάμαχος μὲν, ταῦτα εἰπὼν, ὅμως προσέθετο
καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ* —. Illud: *καὶ* ante: *αὐ-
τὸς* est ineptum, quia Lamachus non simul suam atque
etiam Alcibiadis sententiam, quae valde diuersa erat, se-
qui potuit. Omittunt etiam tredecim codices copulam:
καὶ; quare ea iure eiici poterit. Idem codices simul
cum Mosqu. etiam in sequentibus verbis: *ὅτι οἱ Ἀθη-
ναῖοι ἤκουσι, Λαοντίνοὺς ἐς τὴν ἑαυτῶν κατακλιούντες* —
omittunt articulum: *οἱ* ante: *Ἀθηναῖοι*. Quod etiam
verum esse putō, quia quoque ante: *Λαοντίνοὺς* hic arti-
culus deest. — Denique in verbis: *τοὺς οὖν ἄντας ἐν Συ-
ρακουσαῖς Λαοντίνων, ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθη-
ναίων ἀδεῶς ἀπιέναι* — lectionem cod. Dan.: *εὐεργέτας
Ἀθηναίων ἀδεῶς* —, quae ad sanum huius loci sen-
sum plane est necessaria, etiam Valla iam in libro suo
inuenit. Nam vertit haec verba: *intrepide transirent
ad amicos et bene meritos Athenienses*. — Permutatio
lectionum: *Ἀθηναίους* et: *Ἀθηναίων* ex ultima syllaba
utriusque vocabuli, quae plerumque scripturae compen-
dia exhibetur, est repetenda.

Cap. 51. *Ἐκέλευον, ὃ, τοὺς βούλοντας, εἰπεῖν* —. In-
epta esset haec licentia, quidquid vellet, dicendi Alci-
biadi concessa. Quare magis admittenda est plurimo-
rum codicum lectio: *ἐκέλευον, εἴ τι βούλονται* —, quam
etiam Valla in suo libro inuenit. Nam vertebat: *et, si
quid vellent, dicere iussere*.

Cap. 53. Οὐ δοκιμάζοντας τοὺς μηνυτῆς, ἀλλὰ πάντας ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι διὰ πονηρῶν ἀνθρώπων πιστεῖν — Duodecim codices cum Vallae libro legunt: πάντα ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι —. Quam lectionem esse praefendam censeo, quia adiicitur: διὰ πονηρῶν ἀνθρώπων πιστεῖν. Quod additamentum minus quadraret, si vulgata: πάντας retineremus. Praeterea etiam in fine capituli similia verba: πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε — occurrunt.

Cap. 56. Πολλῶ θὴ μᾶλλον δὲ ἐκείνον καὶ Ἀριστογέλτων παρωξίνετο —. Undecim codices legere iubent: καὶ ὁ Ἀριστογέλτων —, sicut antea legebatur: χαλεπῶ, δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἀρμόδιου —. In verbis: οὐχ ὑποπτον ἐγγίνετο — τοῖς τὴν πομπὴν πέμψαντας ἀθροοὺς γενέσθαι — praefendam censeo cum Bauero aptissimam quinque codicum lectionem: πέμψοντας ἀθροοὺς —. In verbis: καὶ τοὺς μὴ προειδότες, εἰ καὶ ὁποιοσιῶν τολμήσειαν — ἐθελήσειν σφᾶς αὐτοὺς ἐλευθεροῦν — lectio multorum codicum: καὶ ὁ πόσοι οὖν τολμήσειαν — est melior, quia in antecedentibus bene respondet illi narrationi: ἦσαν δὲ οὐ πολλοὶ οἱ ξυνομημοκότες —.

Cap. 57. Καὶ δὲ οὐπερ πάντα ἐκινδύνειον —. Longe aptior decem codicum lectio: καὶ δὲ ὄνπερ πάντα — cuius culpa maximo essent periculo expositi —. In sequentibus: ἐβούλοντο πρότερον, εἰ δύναντο προτιμωρήσασθαι — plurimi codices exhibent: προτιμωρήσεσθαι — quod non negligendum esse videtur. — In fine sequentis capituli pro: εἰώθησαν plures codices atque etiam Attica dicendi forma scribere iubent: εἰώθησαν.

Cap. 61. Οὐ πολλῶ ὕστερον ἐπὶ πλοίου ἐπεραιώθη —. Admittenda est tredecim codicum lectio: οὐ πολὺ ὕστερον —. Nam ita etiam aliis locis Thucydides loquitur, ut in initio huius capituli: πολὺ θὴ μᾶλλον καὶ τὰ μυστικά — et lib. III, c. 6: οἱ πολὺ θᾶσσον παρήσαν —.

Cap. 63. Ἐπειδὴ πλείοντες τὰ τε ἐπέκεινα τῆς Σικελίας πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνετο —. Coniectura Fred. et Aem. Porti, ut legatur sensu verborum ita postulante: ἀπὸ σφῶν ἐφαίνετο — egregie confirmatur a nouem codicibus. Etiam Valla in libro suo ita legit, quia vertebat: longe ab ipsis ire conspecti erant. — In verbis: ἐπειδὴ γε οὐκ ἐκείνοι ἐφ' αὐτοὺς ἐρχονται. Ἰσπεῖς τε προσελαύνοντες αἰεὶ κατασκαίπει. — ἐφύβριζον — particulam: γε post: ἐπειδὴ tredecim codices ignorant. Quam etiam

nemo omissam hoc loco desiderabit. Pro illo: *ἰππεῖς τε προσελαύνοντες* —, ubi particula: *τε* nihil habet, ad quod in sequentibus referatur, melius legitur codicum nonnullorum auctoritate: *καὶ ἰππεῖς προσελαύνοντες* —. Nam illud: *καὶ* exhibent Ar. C. Mosqu. et iidem simul cum Gr. Aug. Ald. Flor. Bas. Steph. I. et sex codd. Paris. particulam: *τε* omittunt.

Cap. 64. *Καὶ βουλόμενοι — παραπλεύσαντες στρατόπεδον καταλαμβάνειν ἐν ἐπιτηδείῳ* —. Decem codices legere iubent: *στρατόπεδον καταλαμβάνειν* —, quo temporis et praesentis et simul futuri sensu centies hic aoristus usurpatur. — In verbis: *εἰ ἐκ τῶν νεῶν πρὸς παρεσκευασμένους ἐκβιάζονται* — octo codices quidem legunt: *ἐκβιάζονται*, sed lectio vulgata propter verba: *ἐκ τῶν νεῶν* huic loco adiecta longe est praeferenda. Permutare solent librarii vocabula: *ἐκβιάζονται* et: *ἐκβιάζουσι*. conf. Thucyd. lib. V, c. 98. — In verbis: *καὶ ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κακύνης ἦκειν ἔφησεν* — quindecim codices lectionem magis consuetam exhibent: *ἦκειν ἔφη* —. In verbis denique: *αὐτοὶ μὲν ἀποκλείσειν τοὺς παρὰ σφίσι* — ad illud: *αὐτοὶ* per synesin haud dubie intelligi debet: *Καίναϊοι* —, sed pro vocabulo: *τοὺς* ante verba: *παρὰ σφίσι* — multi codices lectionem meliorem et aptiorem: *ἀποκλείσειν αὐτοὺς παρὰ σφίσι* — proferunt. Nam constat, pronomen: *αὐτὸς* eleganter in uno eodemque loco a Graecis frequentari.

Cap. 65. *Μετὰ τοῦ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι παρεσκευασθαι ἐπὶ Κατάνην* —. Dukerus hunc locum habet suspectum et inprimis illud: *παρεσκευασθαι* ei non satis quadrare videtur. Bauerus putat, illud: *ἰέναι παρεσκευασθαι* pendere ab antecedenti: *καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ*. Equidem sanum esse puto hunc locum et Thucydidem tantum more suo verba traiecisse. Neque tamen verba: *ἰέναι παρεσκευασθαι* ab illis: *καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ* pendere, sed ab his verbis potius separanda esse mihi videntur, quasi Thucydides ita haec verba collocasset: *μετὰ τοῦ — θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ (sc. αὐτοῖς) καὶ παρεσκευασθαι (sc. αὐτῶν) ἰέναι ἐπὶ Κατάνην* — praeterquam quod et ad alia suscipienda animo confidenti utobantur et in mente non solum agitabant, sed adparatus etiam fecerant ad petendam Catanæ urbem. In verbis: *ἔξεβανον ἐς τὰς κίπυς τὰ Ὀλυμπικῶν οἰς στρατῶν*

πεδον καταληφόμενοι — undecim codicum auctoritate lego: εἰς τὸ στρατόπεδον καταληφόμενοι —. Nam aperte respicit Thucydides antecedentis capituli verba: — βουλόμενοι στρατόπεδον καταλαμβάνειν ἐν ἐπιτηδείῳ —. Quare articulus: τὸ ante: στρατόπεδον h. l. non vi sua destituitur. Imo huius voculae: τὸ additamentum h. l. causam mihi indicare videtur, cur Thucydides antea, ne nimium aures lectorum offenderet, non scripserit: εἰς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπείον, sicut Dukerus et Abreschius coniiciant. Neque vero a consuetudine Graecorum recedimus, si ad illud: εἰς τὸν vocabulum omissum: τόπον cum Scholiasta supplemus. Ita etiam ad: οὐ et: αὐτοῦ suppletur: τόπου.

Cap. 66. Ἐν τούτῳ δ' οἱ Ἀθηναῖοι, μακρῆς οὐσῆς τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς, καθ' ἡσυχίαν ἐκάθισαν τὸ στρατεύμα ἐς χωρίον ἐπιτηδείον. Propter lectionis varietatem hunc locum inter difficiliora refero. Nam omnium fere codicum lectio: καθ' ἡσυχίαν καθίσαν τὸ στρατεύμα. Certum est, καθίσαι etiam indicare: castra ponere. Ita occurrit Thucyd. lib. IV, cap. 95: ἐς χωρίον καθίσας, in regione castra ponens. Quare etiam h. l. καθίσαν τὸ στρατεύμα potest significare: exercitus castra posuerat, ut participium, sicut etiam aliis locis, pro verbo finito sit positum. Sed quaeritur iam, quo illud: οἱ Ἀθηναῖοι, quod praemittitur, referamus. Si vera est lectio difficilior: καθίσαν τὸ στρατεύμα, haud dubie illud: Ἀθηναῖοι per adpositionem, ut Grammatici loquuntur, cum sequenti: τὸ στρατεύμα est coniungendum, quasi scripsisset: Athenienses, nempe eorum exercitus —. Minus autem mirum videbitur, Thucydidem h. l. tam dura adpositione esse usum, quia interiecta sunt verba: μακρῆς οὐσῆς τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς. — Porro in verbis: ἐρῦμα τε, ἢ ἐφεσθώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις — praefero duodecim codicum lectionem: ἢ ἐφοδῶτατον ἦν —. Nam particula: εἴ h. l. sensu apto destituitur. Gaius doctissimus h. l., sicut aliis locis non paucis, non meminit codicis regii, quamvis etiam lectionem: ἐφοδῶτατον tuesatur.

Cap. 69. Περὶ τε πατρίδος μαχόμενοι καὶ τῆς ἰδίας, ὡς ἕκαστος, τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας —. Particulam: ὡς ante: ἕκαστος tredecim codices ignorant neque eam h. l. quisquam desiderabit, quia respondet antecedenti: μαχόμενοι, ubi etiam similis particula deerat.

Cap. 70. *Ἐἰ τινὰς προδιδιώκοντας ἴδοιεν, ἀνέστειλλον* — .
 Longe praeferenda esse videtur sex codicum lectio: *εἰ
 τινὰς προδιδιώκοντας ἴδοιεν* — *si viderent quosdam ul-
 terius progredi hostem persequendo* — . Quod et cum
 antecedentibus et cum sequentibus apte conuenit. Nam
 antea dixerat: *ἐπὶ πολὺ μὲν οὐκ ἐδίωξαν* — et deinde ad-
 iecit: *ἐπακολουθήσαντες δὲ ἀθρόοι, ὅσον ἀσφαλῶς εἶχε, πάλιν ἐπανεχώρουν* — . Eodem sensu vocabulum: *προδιώ-
 κειν* etiam Xenophon adhibuit. Ceterum satis constat,
 particulas: *πρὸς* et: *πρὸ* saepissime a librariis permutari.

Cap. 71. *Τὴν τε ἄλλα — παρασκευάσονται, ὡς εἰς τὸ
 ἔαρ ἐπιχειρήσοντες ταῖς Συρακούσαις* — . Pro illo: *ὡς εἰς
 τὸ ἔαρ* — in decem libris legitur: *ὥστε τὸ ἔαρ ἐπιχειρή-
 σοντες* — . Constat autem et Wassius iam ad Thucydi-
 dis lib. IV, c. 100. adnotauit, a librariis saepe particu-
 las: *ὡς* et: *ἐς* permutari. Forte igitur antiqua et vera
 huius loci lectio erat: *ἔς γε τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες* — *sal-
 tem verno tempore Syracusas adgressuri*.

Cap. 72. *Ἄλλως τε τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπει-
 ρία ἰδιώτας, ὡς εἰπεῖν χειροτέχνας ἀνταγωνισομένους* — .
 Multiplici virorum doctorum interpretatione et emen-
 datione hic locus est insignis. Ne autem haec omnia,
 quae mihi non satis certa esse videntur, enumerem,
 meam saltem sententiam de hoc loco proponam. Nulla
 quidem emendatione verborum, sed mutata verborum in-
 terpunctione ad huius loci interpretationem mihi opus
 esse videtur. Nam inepte illud: *ἐμπειρία* cum *πρώτοις
 τῶν Ἑλλήνων* iungitur. Potentissimi quidem Graecorum,
 sed non experientia rerum primi inter Graecos tunc tem-
 poris habebantur Athenienses. Quare aptius illud: *ἐμ-
 πειρία* cum sequenti: *ἰδιώταις* coniungitur, ut indicet
 scriptor: *homines experientiae et exercitationis bellicae
 imperitos*, sicut apud Xenophontem: *ἰδιῶται τοῦ ἔρ-
 γου, ἰδιῶται κατὰ τοὺς πόρους, ἰδιῶται κατὰ τὸν ὕπνον* oc-
 currunt. Iam igitur post: *ὡς εἰπεῖν* comma est ponen-
 dum, commate post: *ἰδιώτας* sublato. Ita τοῖς πρώτοις
Ἑλλήνων opponuntur: *χειροτέχνη, opifices, modo ex
 officinis et fabricis ad bellum gerendum conscripti*. Sen-
 sus iam non ineptus existet: *cum imprimis opifices, qui,
 ut ita dicere liceat, experientiae bellicae erant imperiti,
 potentissimis Graecorum ideoque etiam maxime
 exercitatis restiterint*. Ita non copula: *καὶ* opus erit

ante: *ὡς εἰπεῖν*, si haec verba cum: *ἰδιώτας* coniunguntur, quae explicationis uberioris causa illi: *χειροτέχνους* sunt adiecta. Ceterum falsa est haec nonnullorum nota, Vallam in libro suo legisse: *χειροτέχνους*. Nam vertit: *praesertim rudes, et, ut ita loquar, manuales opifices cum eruditissimis Graecorum dimicantes*. Quam maxime autem traiectio verborum Thucydidea etiam in hoc loco est conspicua.

Cap. 74. *Μηνύει τοῖς τῶν Συρακοσίων φίλοις, τοῖς ἐν Μεσσηνί ξυνειδούς τὸ μέλλον* — Quatuordecim codicum auctoritate legendum est: *τοῖς ἐν τῇ Μεσσηνί* — Articulus h. l. adiectus videtur Messanae urbem, antea in verbis: *ἐνθαῦτος ἐπὶ Μεσσηνί* — indicatam, respicere: *amicis in illa Messanae urbe versantibus* — Ceterum utroque loco huius capituli male legitur: *Μεσσηνί*, cum verba lectio: *Μεσσηνίη*, cum duplici: σ, non solum h. l. codicum auctoritate, sed antiquorum quoque lapidum monumentis, sicut Cluverius in Sicilia antiqua adnotavit, confirmetur. Etiam supra cap. 5, recte: *Μεσσηνίη* editur. Sed lib. VII, c. 1, adhuc contra codicum meliorum auctoritatem editum est: *Μεσσηνί*. — In verbis: *ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ Θρᾶκας, σταυρωμῶν περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι, αὐτοῦ διεχίμαζον* — quatuordecim codices legunt: *σταυρωμάτα περὶ τὸ στρατόπεδον* — Praeterea lectionem: *καὶ Θρᾶκας* — merito reiciunt interpretes, quia Thraciae mentio h. l. fieri non potest. Sed de eo, quid corruptae lectionis loco ponendum sit, magna saebet dubitatio. Heilmanni sententia, quae etiam Bauero inprimis placuit, ut sub: *Θρᾶκας* — nomen loci ignoti prope Naxum lateat, eo incerta redditur, quod statim in sequenti capite 75, tantum in verbis: *ἐν τῇ Νάξῳ χειμαζόμενοι* — sola Naxi urbs commemoratur. Forte ex lectione codicum: *σταυρωμάτα* verisimilis huius loci lectio elici poterit. Nam aliis in locis, si castrorum vallo et fossa munitorum mentio iniicitur, tantummodo numero singulari: *σταυρωμα* — ponitur. Cum igitur h. l. numero plurali: *σταυρωμάτα* — occurrant, haud dubie castra pluribus cincta munitionibus, quae hierna ipsorum tutiora redderent, in his verbis indicantur. Forte igitur Thucydides olim scripserat: *ἐς Νάξον καὶ τριπλῆ σταυρωμάτα περὶ τὸ στρατόπεδον* — et castra triplici vallo et fossa cingentes —. Mihi persuasum est, saltem

vocabulum, quod similem sensum adferat, sub falsa lectione: *Θρακας* latere. Illud: *σ* in fine vocabuli: *τριχῆ* facile ex initio sequentis vocis: *σταυρώματα* adhaerere potuit. Vocabulum: *τριχῆ* eodem sensu etiam apud Xenophontem legitur et infra Thucydidis lib. VII. c. 32, ubi tamen plurimi codices, omnium fere interpretum sententia, illud male omiserunt. Firmiores horum castrorum munitiones imprimis memoratu dignas Thucydidē visas esse, etiam ex sequenti capite adparet, quod ita incipit: *ἐτελεζον δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι* — ut indicetur, simili ratione Syracusanoa suam urbem muro exstructo munivisse.

Cap. 75. *Βουλόμενος προδιαβαλεῖν τοὺς Ἀθηναίους, ἔλεγε τοιαύδε* — . Plurimi codices legunt: *βουλόμενος προδιαβάλλειν* — . Quae lectio huic loco est aptissima et cum consilio Syracusanorum, qui, ut indicat eorum orationis initium cap. 76, occupare Atheniensium consilia voluerunt, plane convenit. Quare cum Dukero hanc lectionem vulgatae praefero.

Cap. 77. *Δεῖξαι αὐτοῖς, ὅτι οὐκ Ἴωνες ταῦτε εἰσὶν, οὐδ' Ἑλλησπόντιοι* — . Non apta vocabuli: *ταῦτε* explicatio h. l. adferri poterit. Forte Thucydidēs scripserat: *οὐκ Ἴωνες, ἐνθάδε εἰσὶν* — . Certe aptissimum sensum h. l. fundet haec particula, qua etiam Thucydidēs in antecedenti capite 76. bis usus est in verbis: *τας δὲ ἐνθάδε κατὰ τρικέλευν*, et: *τὰ ἐνθάδε νῦν περῶνται* — . Etiam in nostro loco illi: *ἐνθάδε εἰσὶν* — in sequentibus apte respondent verba: *ἀλλὰ Λωρῆεις — τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες*. Forte prima syllaba: *ἐν* librariorum incuria perijt, quia litera *σ*, quacum vox antecedens: *Ἴωνες* finitur, cum *σ* saepe permutari solet. — Post verba: *ἢ μένομεν, ἕως ἂν — ληφθῶμεν* — interrogationis signum, sicut iam Dukerū postulabat, est ponendum. — In verbis: *τοῖςδε ὡς ἐκάστοις τὸ προσηγὲς λέγοντες, δύνανται κατοικεῖν* — etiam alia interpunctione mihi opus esse videtur, ut comma post: *δύνανται* ponatur et verbum: *κατοικεῖν*, quod iam sequitur, ad illud: *δύνανται* suppletur. Nam nullo sensu adhibetur vocabulum: *λέγειν*, ad illud: *δύνανται*, cum Aemilio Porto suppletum. Puto igitur, *τοῖςδε* esse dativum incommodi, quem etiam ad: *κατοικεῖν δύνανται*, cum tot verborum parenthesis intercedat, referre liceat, quasi Thucydidēs totum locum ita scripsisset:

τοῖς δὲ ὡς ἐκάστοις τὴν προσήγνε λέγοντες κακοῦργεῖν δύνανται, κακοῦργεῖν αὐτούς. Si constructionem verborum spectas, simillimus est locus, qui in capitis antecedentis adfuit verbis: τοῖς δ' ὡς ἐκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ ἐπενεγκόντες κατεστρέψαντο. — Denique in verbis: καὶ οἰόμεθα, τοῦ ἄποθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου, οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἤξειν τὸ δεινόν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα, καθ' ἑαυτὸν δυστυχεῖν — aptissima reperitur decem codicum lectio: οὐ καὶ ἐς αὐτόν τινα —. Pro illo: καθ' ἑαυτὸν — sex codices, ut saepe aliis locis occurrit, exhibent: καθ' αὐτὸν δυστυχεῖν.

Cap. 78. Ἐνθυμηθεῖτω οὐ περὶ τῆς ἐμῆς μᾶλλον — μαχοῦμενος —. Nescio, qua de causa ille librariorum error: ἐνθυμηθεῖτω in variis editionibus adhuc adseruari potuerit, cum tamen plurimi codices veram lectionem: ἐνθυμηθήτω tueantur. — In verbis: ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμὲ καὶ οὐκ ἔρημος, ἀγωνιέται — lectio: ἔρημος omni eloquentiae vi destituitur, quia esset superflua repetitio antecedentis: ἔχων ξύμμαχον. Quare lectionem omnium fere librorum: καὶ οὐκ ἔρημον — longe praefero. Nam aperte hic sensus inest, ut non solum indicetur in his verbis, Camarinacis auxilio tanquam eorum socios fore Syracusanos, sed ipsos quoque Syracusanos non aliorum sociorum destitutos coniunctione ideoque iam longe potentiores ipsis laturos esse auxilium. — Denique in verbis: ἄπερ ἂν, εἰ ἐς τὴν Καμαριναίαν πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε, ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν παρακελευομένους, ὅπως μηδὲν ἐνδώσωμεν, φαίνεσθαι — particula: ἂν post: ἄπερ est omittenda, quia eam plurimi codices reiiciunt et quia propter ea, quae sequuntur: δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε — est superflua. Pro illo: ἀφίκοντο — longe aptius admittenda est octo codicum lectio: πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι, si primum venissent Athenienses. — Loco autem illius: ἐνδώσωμεν forma magis Attica novem codicum: ὅπως μηδὲν ἐνδώσομεν — non est negligenda. Gallius tamen celeberrimus de vocabulo: ἐνδώσωμεν nullam ex suis codicibus lectionis varietatem adnotavit.

Cap. 79. Ἀλόγως σωφρονουῶσιν, ὑμεῖς δ' ἐν εὐλόγῳ προφάσει, τοὺς μὲν γύσει πολεμίους βούλεσθε ὠφέλειν —. Bauerus quidem defendit particulam: ἐν ante: εὐλόγῳ προφάσει — sed non iusta de causa, ut mihi quidem vide-

tur. Ex antecedentibus ad illud: *εὐλόγῳ προφάσει* sup-
plendum est: *σωφρονήσαντες* —. Quia vero plurimi co-
dices ignorant particulam: *ἐν* ante: *εὐλόγῳ*, quia porro
adparet, quomodo intrusa sit h. l. haec particula ex male
repetita prima sequentis vocabuli syllaba, et quia etiam
alibi deest haec particula, sicut in verbis antecedentis
capitis: *τῇ δ' ἐμῇ προφάσει τὴν ἐκείνου φιλίαν* — *βεβαιώσα-*
σθαι, nulla amplius iusta causa, ut particulam: *ἐν* re-
tineamus, superesse videtur.

Cap. 80. *Καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προθυμίαν δοκεῖν, τῷ
ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ, ὡς
καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ζυμμάχους, βοηθεῖν.* Ad illud: *δοκεῖν*
haud dubie ex antecedentibus supplendum est: *εἰκός*.
Pro illo: *τὴν προθυμίαν* — multi codices cum Scholia-
sta et Vallae libro aptius legunt: *τὴν προμηθειαν* —.
Quam scripturam: *προμηθειαν* illi: *προμηθειαν* etiam prae-
tulit Wesselingius in notis ad Herodoti lib. III, c. 56. —
Praeterea commate post: *δοκεῖν* sublato cum Dukero
scriptum olim fuisse censeo: *δοκεῖν τῷ, ἡμῖν μὲν ἴσην* —
sine accentu illi: *τῷ* imposito. Vocabulum: *εἶναι* autem
post: *ἴσην* ex Atticismo redundat, ideoque sensum hu-
ius loci non amplius turbare potest. Eodem Atticismo
etiam aliis locis Thucydides usus est, ut: lib. V, cap.
112. in verbis: *προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς, φίλοι μὲν εἶναι, πο-*
λέμιοι δὲ μηδετέροις, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἀναχωρήσαι, vos
autem instigamus, tanquam amici et neutrius partis
hostes, ut etiam ex terra nostra discedatis. Denique
particulae; *δὴ* post: *μηδετέροις* haud dubie ironia subest,
sicut etiam in verbis eiusdem capitis: *τοὺς Ἀθηναίους,*
φίλους δὴ ὄντας, μὴ ἕσσαι ἀμαρτεῖν. Hac ironia in parti-
cula: *δὴ*, scilicet, Atticos saepe uti, iam Valckenarius
in commentario ad Euripidis Hippolytum v. 959. adno-
tauit. Iam sensus huius loci est: *Et par est, nemini in*
eo prudentiam singularem, quae nobis quidem aequa,
vobis autem tuta sit, positam videri, quod neutri sci-
licet genti, tanquam utriusque partis socii, fertis au-
silium.

Cap. 82. *Αὐτοὶ δὲ τῶν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ πρότερον ὄντων
ἡγεμόνες* —. Plurimi codices ignorant voculam: *τῷ*;
quare eam quoque h. l. ut minus necessariam cum Was-
sio esse delendam censeo. — In verbis ultimis: *δουλείαν*
δὲ αὐτοὶ τε ἐβούλοντο καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ἐπετεργεῖν — qua-

tuordéclm codices recte exhibent: καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ —. Idem etiam Valla in libro suo inuenerat, quia vertit: *et nobis seruitutem inducere*. Inepta est lectio: ὑμῖν, quia legatus Atheniensium aperte de suis ciuibus loquitur.

Cap. 85. Καὶ οὐκ ἄλλω ἐπόμεθα, ὡς ἢ τὸν βάρβαρον μόνου καθελόντες, εἰκότως ἄρχομεν —. Si cum Valckenario lectionem codicis Graeu.: καὶ οὐ καλλιεπούμεθα, ὡς — admittimus, non amplius opus erit coniectura Fr. Pórti, qui verba: εἰκότως ἄρχομεν librariorum interpretamentis adnumerauit. Nam cum illo: οὐ καλλιεπούμεθα apte sequentia: ὡς — εἰκότως ἄρχομεν — cohaerent. Ipsum vero verborum sequentium argumentum huius lectionis: καλλιεπούμεθα elegantiam et veritatem egregie confirmat. Non enim verbis ornatis se uti legatus dicit, si solos Athenienses extitisse Persarum victores et eos pro sua omniumque Graecorum libertate subiisse pericula adfirmauerit. Egregie etiam confirmata est haec Valckenarii coniectura unius codicis Par. auctoritate.

Cap. 85. Καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ συμμαχοῦς, ὡς ἑκαστος χρήσιμοι, ἐξηγούμεθα Χίους μὲν καὶ Μηθύναιτους —. Plurimorum codicum auctoritate legendum est: καὶ γὰρ τοῖς ἐκεῖ συμμαχοῖς, ὡς —. Explico iam datiuum illum commodi in hac constructionis varietate eodem modo, ut loca ex Thucydide ad cap. 77. laudata postulant. Nam certe legatus Atheniensium exemplis allatis indicare voluit, suis se sociis non abuti, sed eos humanius tractare. Iam vero comma post: ἐξηγούμεθα tollendum est, ut hoc verbum arcte cum sequentibus: Χίους μὲν etc. cohaereat. — In verbis: ὥστε, καὶ τὰνθάδε, εἰκός, πρὸς τὸ λυσιστελοῦν καὶ, ὃ λέγομεν, εἰς Συρακοσίους δῖος καθίστασθαι —, plurimi codices legunt: ὥστε καὶ — καθίσταται —, quod etiam, si variam particulae: ὥστε constructionem spectamus, admitti potest. Etiam Scholiastes istam codicum lectionem exhibet. — In verbis: καὶ βούλονται μὲν, ἐπὶ τῇ ἡμετέρῳ ἐυστήσαντες ὑμᾶς ὑπέπτω, βία, ἢ κατ' ἐρημίαν — αὐτοὶ ἄρξαι — particula: μὲν post: βούλονται a tredecim libris omittitur. Etiam Scholiastes ignorasse hanc particulam videtur. Quare tot librorum consensu est eiicienda. Pro illo: ἢ κατ' ἐρημίαν — memoratu dignam quoque lectionem sex codices Reg. Cass. Dan. Aug. et duo Pariss. exhibent: ἢ καὶ κατ' ἐρημίαν.

Quae mihi valde arridet, quia haec adiecta particula: *καί* simul indicat, Camarinacos ab Atheniensibus desertos, adhuc, sicut antea, Syracusanorum multo magis expositum iri violentiae.

Cap. 86. *Οὐ δίκαιον, ὅπερ καὶ ἡμᾶς ἤξιοῦτε λόγῳ πείθειν, τῷ αὐτῷ ἀπιστεῖν* —. Haud dubie praeferenda est cum Dukero et Bauero trium codicum lectio: *ὅπερ καὶ ἡμᾶς ἤξιοῦτε λόγῳ* —, ut illud: *ὅπερ* apte cum: *λόγῳ* coniungatur. — In verbis: *ἐποικούντες ὑμῖν, ἀεὶ τε ἐπιβουλευούσιν, καὶ* — magis vera quinque codicum lectio: *ἐπιβουλευούσιν καὶ* — est admittenda. — Denique in verbis ultimis: *ἐτι βουλήσεσθε καὶ πολλοστημόριον αὐτῆς* — tredecim codicum consensus, qui exhibent: *καὶ πολλοστὸν μόριον αὐτῆς* —, non potest reiici, cum inprimis incertum sit, an Scholiastes legerit: *πολλοστημόριον*, qui potius ad interpretationem huius loci usus esse hoc vocabulo videtur.

Cap. 88. *Τοιαῦτα μὲν ὁ Εὐφῆμος εἶπεν. οἱ δὲ Καμαριναῖοι* —. In septem bonae notae codicibus legitur: *τοιαῦτα δὲ ὁ Εὐφῆμος* —. Forte sub falsa lectione latet haec vera: *τοιαῦτα δὴ ὁ Εὐφῆμος* —, quae huic loco est aptissima. Quamquam enim non ignoro, in tali narrationum genere particulas: *μὲν* et: *δὲ* plerumque sibi inuicem respondere, tamen hac ratione iam cap. 81. ille Hermocrates Euphemo oppositus erat in his verbis: *τοιαῦτα μὲν ὁ Ἐρμοκράτης εἶπεν. ὁ δ' Εὐφῆμος* —. Quare iam apte nostro loco sequeretur: *τοιαῦτα δὴ ὁ Εὐφῆμος* —. In verbis: *οἱ δ' ἐς τὴν Κόρινθον καὶ τὴν Λακεδαίμονα ἀποσταλέντες* — plurimi codices articulum: *τὴν* ante: *Λακεδαίμονα* — omittunt, qui etiam, cum modo: *τὴν* antecederet, facile deesse poterit. — In verbis: *μὴ περιορᾶν τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων* — magis vera et dictioni Thucydidis adcommodata est lectio septem codicum: *τὰ γινόμενα ὑπὸ* —. In verbis: *πρέσβεις πέμπειν ἐς Συρακούσας, κωλύσοντας μὴ ξυμβαλεῖν* — omnes fere codices legere iubent: *κωλύοντας μὴ ξυμβαλεῖν* —. Quae quidem lectio, cum constet, in verbis puris saepe praesentia pro futuris poni, non est reiicienda.

Cap. 89. *Εἴ τις, διότι καὶ τῷ δήμῳ προσεκειμένη μᾶλλον, χεῖρω μὲ ἐνόμισε* —. Iam Dukerus praeferre iussit multorum codicum lectionem: *χεῖρω μὲ ἐνόμιζε* —, quae apte respondet antecedenti: *αργίζετο* —. In ver-

bis: ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές τι, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, ὅσον καὶ λοιδορήσασιν. ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης ἀγνοίας οὐδὲν ἂν καιρὸν λέγοιτο — etiam Dukeri sententiam sequor, ut elegantius scribatur duodecim codicum auctoritate: ὅσω καὶ λοιδορήσασιν —, sicut idem: ὅσω etiam elliptice occurrit in cap. 92. verbis: ὅσω τὰ μὲν Ἀθηναίων σῖδα —, et pro illo: ἀγνοίας omnium fere codicum consensu recipiatur: ὁμολογουμένης ἀγνοίας —, quod optime oppositum est antecedenti: φρονοῦντές τι. Etiam Valla in libro suo hanc lectionem inuenit, quia vertebat: *Verum de manifesta amentia nihil noui dici possit.*

Cap. 90. Καὶ ἐμοί, εἴ τι πλέον σῖδα, εἰσηγητέον —. Quatuor codices scripturam Thucydidi magis consuetam: εἰσηγητέον exhibent. Quamuis cod. regius sit inter illos quatuor libros, eius tamen nullam iniecit mentionem Parisiensis Gailii editio. — In verbis: καὶ τῶ περὶ ἅμα ἐκ γῆς ἀφορμαῖς τῶν πόλεων τὰς μὲν βία λαβόντες — octo codicum et Vallae libri auctoritatem cum Dukero sequor, ut legatur: ἐκ γῆς ἐφορμαῖς — impetu repedito in terra continenti facto. — Denique in verbis: χρηματα δὲ καὶ σίτον, ὥστε εὐπορώτερον γίνεσθαι τινὰ αὐτῶν, αὐτὰ τὰ προσγεγόμενα ἐκείθεν χωρία ἐμελλε — παρέξειν — attentione digna est septem codicum lectio: γίνεσθαι τι —. Nam constat, Thucydidem saepius singulari, quam plurali numero vocabulum: τις adhibere, sicut Stephanus ad lib. II, c. 37, adnotauit. Praeterea etiam sensus horum verborum: γίνεσθαι τι, est aptissimus, quia illud: τι, sicut Latinum: *aliquid*, saepe indicat: *res graues, res magni momenti in aliquo negotio.* Tunc autem illud: αὐτῶν, commate sublato, melius cum sequentibus: αὐτὰ τὰ χωρία coniungitur, quia in eo etiam quaedam Graecae linguae elegantia cernitur, ut pronomen: αὐτὸς interdum nonnullis locis frequentent. Puto igitur legendum esse: εὐπορώτερον γίνεσθαι τι, αὐτῶν (sc. Σικελιωτῶν) αὐτὰ τὰ προσγεγόμενα ἐκείθεν χωρία —.

Cap. 91. Οἵτινες ἀντιρέτας κομισθέντες καὶ ὀπλιτεύσουσι εὐθύς —. Undecim codd. legunt: ὀπλιτεύουσιν εὐθύς —. Futura: ποιήσετε — πέμψετε —, quae antecesserunt, nihil habent cum hoc tempore commune, quare etiam praesens tempus, quia inprimis particula:

εὐθὺς, quae aptior est praesenti, adicitur, h. l. admitti potest. — In verbis: *καὶ τοὺς μὴ ἐθέλοντας προσαναγκάσῃ* — undecim codices postulant lectionem: *μὴ θέλοντας* —. In verbis: *τας τοῦ Λαυρελίου τῶν ἀργυρείων μεταλλῶν προσόδους* — plurimi libri legunt: *τοῦ Λαυρείου* —, sicut etiam editum est lib. II, c. 55, et ibidem Gottleberus recte adnotavit, etiam nostro loco ipsius sententia esse legendum.

Cap. 92. *Οὐδ', ἐπὶ παρῖδα οὖσαν ἔτι, ἡγοῦμαι, ἰέναι* —. Cum undeuiginti libris legendum esse censeo: *οὖσαν ἔτι ἡγοῦμαι νῦν ἰέναι*, compositibus ante et post: *ἡγοῦμαι* sublatis. — In verbis: *τὰ δ' ὑμέτερα εἰκαζον* Dukeri sententiam amplector, qui ex quatuor codicibus veterum Atticorum more legi iubet: *ὑμέτερα ἤκαζον*.

Cap. 96. *Ὅπως μὴ κατὰ ταύτας λάθωσι σφᾶς ἀναβόντες οἱ πολέμοι* —. Magis vera lectio: *μὴ κατὰ ταῦτα* (sc. *μῆρη*) *λάθωσι* — in quinque codicibus proponitur, ut ita magis in uniuersum custodia in hoc toto loco agenda indicetur.

Cap. 97. *Θθάνει ἀναβάς κατὰ τὸ Εὐχρηλον* —. Duo decim codd. legere iubent: *κατὰ τὸν Εὐχρηλον* —, sicut etiam lib. VII, c. 2, scribitur. — In verbis: *πρὶν τοῦ Συρακουσίου αἰσθημένους ἐκ τοῦ λειμῶνος τῆς ἐξετάσεως παραγενέσθαι* — plerique interpretes hoc loco, sicut etiam in ipso huius capituli initio, de exercitus lustratione agi opinantur. Sed nimis impedita erit huius capituli explicatio, nisi potius de facta Atheniensium exploratione, qua primum inquirebant, ignaris hostibus, hunc locum, quem mox capturi erant, haec verba explicamus. Ita etiam initio capituli illud: *ἐξετάζοντο* cura Hauero doctissimo de exploratione facta explico. Antecedenti capite quidem occurrebat *ἐξέτασις ὄπλων* apud Syracusanos, sed nostro loco tali caret additamento vocabulum: *ἐξέτασις*, quare optime ad antecedens: *ἐξετάζοντο*, *explorabant*, referetur. Decem autem codicum auctoritate legendum est: *ἐκ τοῦ λειμῶνος καὶ τῆς ἐξετάσεως*. Iam sensus horum verborum erit: *Antequam Syracusani animaduertent etiam ex campo inde pratis plene explorationem versus montanam Epipolarum regionem, factam atque aduenire ad hostem arcendum possent* —. In verbis: *καὶ οἱ περὶ τὸν Διόμιλον ἑκτακόσιοι* — sequor omnium fere codicum auctoritatem, qui legunt: *περὶ τὸν Διόμιλον*

ἑξακόσιοι —. Qui militum numerus etiam infra lib. VII, c. 43, in verbis: *καὶ τοῖς ἑξακόσις τῶν Συρακουσίων* — repetitur. In capite autem antecedenti 96, ubi adhuc codicum consensu legitur: *καὶ ἑπτακόσις λογάδας τῶν ὀπλιτῶν* —, cum Aem. Porto emendandum esse puto: *ἑξακόσιους λογάδας* —. Nam facile permutari potuerunt signa numerorum a librariis. Imo mihi persuasum est, si accuratius inquirantur Thucydidis codices, adhuc in nonnullis numerum: *ἑξακόσιους* repertum iri. Saltem Valla in libro suo hunc numerum legit, quia in cap. 96 vertebat: *delecti sunt prius sexcenti armati*.

Cap. 98. *Ἀθηναίων ὑπῆρχον πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, οἱ ἵππους — ἔλαβον* —. Nouem codices legunt: *οἱς ἵππους — ἔλαβον* —. Quae lectio mihi verisimilior esse videtur. Nam non ipsi equites, sed Athenienses sine eorum duces equitibus eligebant et coeuebant equos. — In verbis: *ἔχωρον πρὸς τὴν Συκῆν οἱ Ἀθηναῖοι, ἵνα περ καθεζόμενοι, ἐτείχισαν τὸν κύκλον διὰ τάχους* — memoratu dignissima est lectio cod. Aug. *τυκῆν*, pro illo: *Συκῆν*, (si vere in illo codice haec lectio exhibetur.) Nam hac lectione verisimillima Cluverii coniectura, ut: *Τύκην* legatur, egregie confirmabitur. Quam igitur Syracusarum partem statim muro cinxerunt Athenienses, sicut apte Scholiastes haec verba: *ἐτείχισαν τὸν κύκλον* interpretatus est. Nam interpretatio Baueri, ut Labdali castellum muro cinctum esse intelligamus, non est praefenda, quia iam in antecedenti capite narrauerat Thucydides: *φρούριον ἐπὶ τῷ Λαβδάλῳ ἀποδομήσαν*. Etiam in Thucydidis verbis animaduertendus est rarior vocabuli: *ἵνα* pro: *ὅπου* uetus, quī magis in poetis frequentatur. Occurrit tamen haec particula illo sensu etiam in Herodoto et in aliis quibusdam Thucydidis locis. Ceterum pro illo: *περ καθεζόμενοι* forte olim scriptum legatur: *περικαθεζόμενοι*, quod certe huic loco est aptissimum. — In verbis: *ἐκώλων τοὺς Ἀθηναίους λιθοφορεῖν τε καὶ ἀποσκιδνασθαι μακρότερον* — lectionem: *ἀποσκιδνασθαι μακροτέραν*, quam septem codices exhibent, habeo doctiorem et elegantiolem, quam ut a librario imperitō sit profecta.

Cap. 99. *Λίθους καὶ ξύλα ξυμφοροῦντες περιβάλλον ἐπὶ τὸν Τρωγίλον* —. Nouem codices legunt: *περιβάλλον ἐπὶ τὸν Τρωγίλον* —, quae dicendi forma in tali nar-

rationum genere est magis consueta. — In verbis: *καὶ ἅμα ἐν τούτῳ εἰ ἐπιβοηθοῖεν μέρος ἀντιπέμπειν αὐτοὺς* — undecim codices legere iubent: *καὶ ἅμα καὶ ἐν τούτῳ εἰ* —. Quam lectionem vulgatae praefero, quia, commate post: *ἅμα* et: *ἐπιβοηθοῖεν* posito, illud: *ἅμα* apte cum: *ἀντιπέμπειν* potest coniungi.

Cap. 102. *Ἐμπρῆσαι τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν, ὡς ἀδυνατότους αὐτοὺς ἰσομένους — περιγενέσθαι* —. Duodecim codices omittunt: *αὐτοὺς* ante: *ἰσομένους*, quod etiam ab hoc loco ut supernacaneum melius abesse videtur. — In verbis: *διὰ τὸ πῦρ, ἀλλὰ ἀπεχώρουν πάλιν* — Gailius doctissimus vitandi hiatus causa ex plurimis codd. edidit: *ἀλλ' ἀπεχώρουν*. Quamvis igitur h. l. cum eo consentiam, mihi tamen est persuasum, in plurimis scriptorum locis, ubi eiusmodi literarum ultimarum elisio deprehenditur, librariorum festinantium atque imperitorum culpam subesse. Concedo etiam, eiusmodi literas et syllabas vocabulorum ultimas a Graecis et Latinis, si lingua sua haec vocabula eloquerentur, saepe esse suppressas, sicut in Gallica lingua et aliis adhuc nostra aetate fieri solet. Propterea tamen non sequitur, ut in scribendo etiam eiusmodi literas et syllabas olim quotidiana elocutione suppressas omittamus. Via igitur certiore ingredi videntur librorum editores, qui in plurimis locis, nisi omnium codicum auctoritas prohibuerit, eiusmodi literas ultimas adhuc retinent, licet omittantur in nonnullis codicibus; cum inprimis in scriptoribus prosaicis certae scribendi regulae, quibus elidendae sint eiusmodi literae, nondum innotuerint. — In verbis: *βοήθεια ἤδη κάτωθεν τῶν Ἀθηναίων ἀποδιωξάντων τοὺς ἐκεῖ, ἐπαγγέει* — valde mihi arridet quinque codicum Cl. Gr. Cass. Aug. et unius Paris. lectio: *τῶν Ἀθηναίων ἀποδιωξάντων τοὺς ἐκεῖ* —. Nam tota oratio contexta suadet, ut haec verba intelligantur de Atheniensibus, qui ex planitie inde loca montana, ad Syracusanos ibi vallum adgressos denuo repellendos, petebant. Quare Was-sio, qui pravam adpellat hanc codicum lectionem, non adsentio.

Cap. 104. *Ὁ μὲν Γύλιππος, ἐκ τοῦ Τάραντος ἐς τὴν Θουρίαν πρῶτον πρεσβευσάμενος — παρέπλει τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἀναρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου κατὰ τὸν Τεργιωῖον κόλπον (ὅς ἐκπνεῖ ταύτη μέγας, κατὰ Βορείαν ἐσθητικῶς) ἀποφέρεται ἐς τὸ*

πύλαος. Non verisimile est, Gylippum, classis Spartanae ducem, tanquam legatum adisse ipsum Thurios, sicut Valla et alii interpretes h. l. vocabulum: *πρεσβευόμενος* interpretantur. Magis vera est huius vocabuli interpretatio, ut vertamus: *Tarento primum legatos mittens Thurios* —. Eodem significato Medium huius verbi occurrit libr. I, cap. 92: *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες — τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύσαντο* —. In verbis: *καὶ ἀναρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου* — quatuordecim codices legunt: *καὶ ἀρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου* —. Quam lectionem esse veram et praefendam censeo, quia significatio verbi: *ἀναρπάζεσθαι*, *abripere*, ab hoc loco est aliena. — Iam inde a verbis: *κατὰ τὸν Τεριναιῶν* — parenthesis incipere debet, sicut iam subtilis ille Bauerus animaduertit, non demum a verbis: *ὅς ἐκπνεῖ* —. Nam ipse situs huius Terinaei sinus satis declarat, non eo ventis abreptam esse Gylippi classem, quia per fretum Siculum demum eo deferri potuisset. Magis igitur est certum, de vento aquilonali (*κατὰ βορέαν ἐστρηκώς*), ab illius sinus regione oriri solito, haec verba intelligi debere. Cum igitur Gylippus in Siciliam nauigaturus esset, ab huius venti, per fretum Siculum vehementer flantis, impetu abreptus in altum, orta tempestate, deferebatur, ut classis reficiendae causa Tarentum redire cogeretur.

LIBRI VII. cap. 1. *Τῶν Ἀττικῶν τεσσάρων ναῶν οὐκ ὄντων παρουσῶν τῷ Πηγίῳ* —. In quatuordecim codicibus et praeterea in Scholiastae libro legitur: *παρουσῶν ἐν τῷ Πηγίῳ* —. Quae tot librorum auctoritas non est negligenda. — In verbis: *τὰς γὰρ ναῦς ἀνείλκυσαν ἐν ἡμέρᾳ· καὶ τοὺς Σελινουντίους πέμψαντες ἐκέλευον ἀπαντᾶν πανστρατιᾷ ἔς τι χωρίον* — punctum post: *ἡμέρᾳ* est tollendum, sicut etiam in ultimo capite antecedentis libri VI, in verbis: *δηώσαντες ἀπελθεῖν. οὐκ ἤθελον* in editione Lipsiensi male post: *ἀπελθεῖν* est adiectum. Porro undecim codices legere iubent: *τὰς μὲν ναῦς ἀνείλκυσαν* —, quod apte ad sequentia: *πέμψειν δὲ τινα αὐτοῖς ὑπέσχεον* — potest referri. Habent praeterea etiam duodecim codices variam lectionem: *ἀπαντᾶν στρατιᾷ ἔς τι χωρίον*. Neque tamen me mouit tot codicum consensus, ut lectionem vulgatam tollerem, quia aperte illi: *πανστρατιᾷ* in sequentibus opponitur: *στρατιῶν οὐ πολλήν*, et quia facile intelligitur, quomodo prima syllaba vocabuli: *παν-*

στρατιᾷ a duabus syllabis antecedentis: ἀπάντων intercipi potuerit. Nam literae: π et: τ a dibrariis saepe numero permutantur.

Cap. 2. Ὁ δὲ Ἰέγας τότε τεῖχος, ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν, ἔλῳν καὶ συνταξάμενος ὡς ἐς μάχην ἀφικνεῖται. Valla vertit: *ille in ipso transitu Siculorum Gega et muro expugnato* —. Saltem igitur ex Latina eius interpretatione adparet, lectionem: Ἰέγας non in eius codice adfuisse. In aliis octo codicibus Ar. C. Aug. Mosqu. Cl. Reg. Cass. Dan. legitur: ὁ θεὸς γέ το, τε τεῖχος —. In uno Paris. scribitur: ὁ δὲ Ἰέγας τότε τεῖχος —. Quatuor Paris., omisso Ἰέγας, exhibent: ὁ δὲ τότε τεῖχος —. Duo codices legunt: ὁ δὲ Ἰέγας, τέ το τεῖχος —. Unus Paris. habet: τότε τι τεῖχος —. Alii: τότε το τεῖχος —. Interpretes autem Thucydides hunc Siciliae locum, in duobus codd. Ἰέγας adpellatum, plane ignorari ab aliis scriptoribus adfirmant. Mea quidem sententia, si codicum plurimorum vestigia sequimur, Thucydides olim scripserat: ὁ δὲ γέ τότε τεῖχος, ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν, ἔλῳν — *qui tunc sub adventum suum oppidum quidem Siculorum cepit* —. In verbis ultimis: τῷ δὲ ἄλλῳ τοῦ κίρκου. — λίθοι τε παραβεβλημένοι τῷ πλέονι ἤδη ἦσαν καὶ ἔστιν ἂ καὶ ἡμέτερα, τὰ δὲ καὶ ἐξεργασμένα κατελείπετο. πρὸ τοσοῦτον μὲν αἱ Συρακούσαι ἦλθον κινδύνου — quinque codices legunt: λίθοι τε παραμεβεβλημένοι τῷ πλέονι —. Quae quidem lectio longe praestat vulgatae, si eam de lapidibus muri iam maximam partem constructis et ordine suo compositis intelligimus. Non solum verba: τῷ πλέονι ἤδη ἦσαν cum illa quinque codicum lectione melius, quam vulgata conveniunt, sed illa etiam, quae sequuntur: ἔστιν ἂ καὶ ἡμέτερα, τὰ δὲ καὶ ἐξεργασμένα — non tam ad lapides sine ordine proiectos, quam ad murum iam magna ex parte lapidibus constructum quadrant. — Porro duodecim codices, omisso articulo: αἱ, legunt: πρὸ τοσοῦτον μὲν Συρακούσαι. Quos sequendos esse censeo, quia etiam aliis locis hic articulus est omissus. Ut lib. VI, c. 3: Συρακούσας δὲ — ὄπισθε — μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας. cap. 4: μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἰκισιν. cap. 5: μετὰ Συρακούσας — μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. cap. 48: πλὴν Σελιωῦντος καὶ Συρακουσῶν — ἤδη Συρακούσας καὶ Σελιωῦντι. cap. 49: ἐπὶ Συρακούσας — ὑπέχρητα Συρακουσῶν. cap. 50: ἐπὶ Συρακούσας — ἐν Συρα-

κούσαις. cap. 63: ἐπὶ Συρακούσας. cap. 75: ἐκ μὲν Συρακούσων. cap. 88: ἐς Συρακούσας. lib. VII, cap. 42: ἦξεν Συρακούσας. cap. 57: ἐπὶ Συρακούσας —.

Cap. 4. Ἴνα μὴ καινοφρονησάτεες ἐξίστην ἐπὶ τῇ — καὶ ἀληθῆ ἐτετάχατο —. Undecim codices legunt: Ἴνα μὴ καινοφρονησάτεες ἐξίστην —. Quod Futurum, quia huius loco apte conuenit, cum Bauero admittendum esse censeo.

Cap. 5. Τῆς ἰκτου τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων οὐδεμία χρῆσις ἦν —. Haec tria verba: καὶ τῶν ξυμμάχων, e contexta oratione haud dubie sunt eicienda: Primum enim desunt in nouem codicibus. Deinde statim sequuntur eadem verba: τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων et ante verba nostri loci quoque iam adfuerunt. Quare causa horum verborum nostro loco male repetitorum facile adparet. Equitatus denique Syracusani, non autem sociorum, tanquam maxime timendi Atheniensibus saepe iam in antecedentibus erat mentio iniecta. Quare verisimile est, etiam h. l. equitatus tantum Syracusanorum, non autem sociorum simul rationem esse habitam.

Cap. 6. Καὶ ἐκεῖνοι, εἰ μὴ ἐθέλοισιν μάχης ἀρχεῖν, ἀναγκαῖον εἶναι σφίσι —. Dukeri emendatio, quam suadet decem codicum et Scholiastae auctoritate nixam, ut legatur: καὶ εἰ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοισιν — nondum in editionibus recentissimis est admissa. Eandem lectionem Valles quoque in libro suo inuenit, quia vertit: *Etiam si illi nolent priores in aciem prodire* —. In verbis: ἔξω τῶν τευχῶν μᾶλλον ἢ πρότερον προεξαγαγῶν — legendum est undecim codicum consensu: πρότερον προαγαγῶν —. Alii quinque codices, qui male exhibent: προσαγαγῶν, eidem verae lectioni magis confirmandae inseruiunt.

Cap. 8. Ἐπεμπε καὶ αὐτὸς ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλοντας πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε καθ' ἕκαστα τῶν γιγνομένων —. Duodecim codices aptissimam lectionem proferunt: ἀγγέλλων πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε —, quae commate ante: πολλάκις sublato optime cum sequentibus cohaeret. — In verbis: νομίζων ἐν τοῖς δεινοῖς τε εἶναι — etiam cum Wassio sequenda est sexdecim librorum auctoritas, ut illud: τοῖς ante: δεινοῖς omittamus. — Non minus etiam in verbis: ἢ κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν ἢ καὶ γινόμενης ἑλλειπέως γιγνομένοι — quindecim libri omittunt articulum: τὴν ante: τοῦ λέγειν —, sicut etiam alterum. νο-

cabulum: γνώμης sine articulo positum legitur. — In verbis: φοβούμενος δὲ, μὴ οἱ πεμπόμενος — οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσι — magis mihi placet sex codicum Cl. Reg. Cass. Aug. et duorum Pariss. lectio: οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσι —, quia praesenti tempore haec aptius enarrantur. — Denique in verbis: ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς ἤδη ἔχων, ἐκουσίων κινδύνων ἐπεμελείτο — sequor Heilmanni sententiam, ut octo librorum auctoritate legendum sit: ἤδη ἔχων ἢ δὲ ἐκουσίων κινδύνων. Eandem lectionem illi codices confirmant, qui male exhibent: ἤδη ἐκουσίων. Quodsi enim ad illud: ἔχων particula: μᾶλλον, saepe apud Graecos supplenda, intelligitur, tum sensus inde aptissimus redundat: *iam magis custodia agenda, quam periculis sponte subeundis castrorum curam agebat.* Iam Valla olim libri sui lectionem secutus illam Heilmanni interpretationem ita vertendo Graeca proposuerat: *Interea Niciae rem castrensem custodire maiori iam curae erat, quam voluntaria pericula adire.*

Cap. 9. Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα τοῦτο —. Octo codices omittunt: τοῦτο. Eodem modo lib. IV, c. 49, legitur: καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Wassius iam animaduertit, utroque dicendi modo Thucydidem uti solere. Sed h. l. praeter codicum auctoritatem adhuc duo argumenta accedunt, quibus verisimile esse videtur, vocabulum: τοῦτο non a Thucyde additum fuisse. Prius est, quia modo antecesserat: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει τελευτῶντο —, quare non opus erat, ut etiam h. l. illud: τοῦτο adiceretur. Alterum cernitur in initio capitis sequentis, quod ita incipit: τοῦ δ' ἐπιγεγνομένου χειμῶτος —. Nam von videtur Thucydides sone tam ingrato duo vocabula: τοῦτο. τοῦ δὲ — coniunxisse. Imo vocabulum τοῦδε malè repetitum prima syllaba originem illius additamenti: τοῦτο, quod librariis debetur, indicat.

Cap. 12. Τὸ γὰρ ναυτικὸν ἡμῶν (ὅπερ καὶ κείνοι πυνθάνονται) τὸ μὲν πρότερον ἦμαρ, καὶ τῶν νεῶν τῇ ξηρότητι καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σωτηρίᾳ —. Plurimi codices simul cum Scholiasta lectionem difficiliorem: ἦπερ καὶ ἐκεῖνοι πυνθάνονται adferunt, quam veram esse censeo, quia illud: ἦπερ Atticorum more positum apte ad sequentia: ξηρότητι et: σωτηρίᾳ — potest referri. — In verbis: διὰ τῶν ἀντικαίλων καὶ τῶν πηλῶν καὶ ἐπιπέλων τὰς τῶν πο-

λεμίων ούσας, αεί προαδοκίαν παρέχειν — non solum duodecim codices, sed etiam Scholiastes legunt: και ὅτα πλείους —. Banerus cum Dukero coniecit, forte legendum esse: και ἔτι πλείους —. Quae emendatio certe huic loco est aptissima et facile lectori attento in mentem venire potest. Etiam aliis locis saepe librarii particulas: ἔτι et: ἐπὶ permutarunt, et quia nostro loco unus Paris. vere exhibet: και ἔτι πλείους —, eo lubentius Dukeri coniecturam amplector. -- In ultimis verbis: οὐ γὰρ ἐφορμοῦσιν ἀλλήλοις — iam Aem. Portus coniecerat, legendum esse: ἐφορμοῦσιν ἄλλοις —, quae quidem coniectura, nostro loco aptissima, undecim codd. auctoritate egregie confirmatur. Non enim naues Syracusanorum in portu collectae, sed Atheniensium naues ad obseruandam Syracusanorum classem in statione erant positaе.

Cap. 13. Οἱ δὲ θεραπεύοντες, ἐπειδὴ ἐς ἀντίπαλα καθέστηκαμεν, αὐτομολοῦσι —. Quatuordecim cdd. vocabulo magis consueto legere iubent: οἱ δὲ θεραπεύοντες, ἐπειδὴ —, quos esse audiendos censeo.

Cap. 16. Ἐως ἂν ἕτεροι αἰρεθέντες ξυνάρχοντες ἀφίκωνται —. Plurimi codices, mutato verborum ordine, legere iubent: ἕτεροι ξυνάρχοντες αἰρεθέντες ἀφίκωνται —. In verbis: ἄγοντα εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου — memoratu digna est Vallae interpretatio: cumque centum viginti talentis argenti —, quae fere cum numero talentorum, quem Diodorus Siculus commemorat: τάλαντα ἑκατὸν τεσσαράκοντα, conuenit. Neque negari potest, hanc pecuniae summam, quam vulgata lectio adfert, iusto minorem esse ad tanti exercitus et tam numerosae classis impensas. Quia igitur Gailius doctissimus in uno Paris. vere inuenit lectionem: ἄγοντα εἴκοσι και ἑκατὸν τάλαντα —, eam quoque in sua editione recepit; id, quod etiam aliis interpretibus probabile esse videbitur. Si numerus talentorum singulis literis post vocabulum: τάλαντα primum in libris manuscriptis positus erat, saltem adparebit, quam facile numerus maior: ἑκατὸν, qui litera: ρ indicatur, perire potuerit, quia. inter primas vocabuli sequentis: ἀργυρίου literas etiam litera: ρ reperitur.

Cap. 18. Και διὰ τοῦτα δυστυχεῖν τε εἰκότως ἐνόμιζον —. Undecim codices cum Scholiasta legunt: διὰ τοῦτα εἰκότως δυστυχεῖν τε ἐνόμιζον —. Qui mutatus verborum:

ordo haud dubie est admittendus, quia illud: *εικότως* non ad: *ἐνόμιζον*, sed ad: *δυστυχεῖν* proprie pertinet. Etiam Valla in libro suo ita legit, quia vertebat: *ob id merito se adversa fortuna usos* —.

Cap. 19. *Τῶν τε Εἰλωτῶν ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους καὶ τῶν Νεοδαμωδῶν* —. Nouem codices omittunt articulum: *τῶν* ante vocabulum: *Νεοδαμωδῶν*, qui etiam in tali verborum coniunctione saepe omittitur. — In verbis: *ἕωςπερ αὐτοῖς οἱ ὀπλίται ταῖς ἄλκασιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπήραν* — etiam nouem codices longe aptiorem adferunt lectionem: *ἕωςπερ οὗτοι οἱ ὀπλίται* —. Nam de illis grauis armaturae militibus paulo antea Thucydides plura narrauerat. Non nego quidem, verissima esse, quae Dukerus ad defendendam lectionem receptam adfert, quia et in Thucydide et in Herodoto saepe eiusmodi datiu commodi redundant. Codicum tamen consensus in lectione satis apta non est contemnendus. — In ultimis verbis: *ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἄλκας μᾶλλον ἢ πρὸς τὰς τριήρεις τοῦν ἔχωσιν* — duodecim codicum auctoritate omittendus est articulus: *τῆς* ante vocabulum: *ἀλκᾶς*. Sed contra septemdecim libri iubent articulo adiecto legere: *πρὸς τὰς τριήρεις τὸν νοῦν ἔχωσιν*.

Cap. 21. *Τὸ τῶν αὐτῶν χρόνους τοῦ ἔργου τούτου* — alio verborum ordine legendum est: *χρόνους τούτου τοῦ ἔργου* — nouem codicum auctoritate. Eandem lectionem iidem codd. confirmant, qui exhibent: *τούτους τοῦ ἔργου* —. In verbis: *Ἐλπίζει γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τε ἔργον ἄξιον τοῦ κινδύνου εἰς τὸν πόλεμον καταργασθῆναι* — quindecim librorum auctoritate non minus bona et Graecae linguae consuetudini conueniens ideoque admittenda lectio: *εἰς τὸν πόλεμον καταργασθῆναι* — occurrit. Conf. dicta ad lib. IV, c. 24. — In verbis: *πρὸς ἄνδρας πολυμήρους οἴους καὶ Ἀθηναίους, τοὺς ἀντιολμῶντας, χαλεπωτάτους ἂν αὐτοῖς φαίνεσθαι* —, quia sententia in uniuersum est proposita, particulam: *ἂν* ante: *αὐτοῖς* nemo, si omissa fuerit, desiderabit, ut magis certa veritas eidem sententiae inesse videatur. Eam vero etiam octo codices omittunt.

Cap. 24. *Τὸ μὲν ἕτερον τοῖν θυοῖν τειχοῖν τοῖν ὑστερον λειψθέντων κατέβαλον* —. Iam Hudsonus admonuerat, ex plurimis codicibus admittendam esse veram lectionem:

ἄτερον ληφθέντων, quam multi codices adferunt; sed nondum est ab editoribus admissa. — In verbis: πολλά μὲν ἐμπορῶν χρήματα — πολλά δὲ καὶ τῶν τριηραρχῶν — aptius omittitur articulus: τῶν ante: τριηραρχῶν, sicut eum decem codices eiecerunt. Ita enim illud: πολλά τριηραρχῶν respondet antecedenti: πολλά ἐμπορῶν. — In verbis: καὶ τὰλλα σκευὴ ἐγκατελείφθη καὶ τριηρεῖς ἀνεκκυσμέναι τρεῖς — sex codicum lectio: σκευὴ ἐγκατελείφθη — haud dubie est praeferenda. Ita bene conuenit cum particula antecedenti: ἐπεὶ, qua antecedens narratio uberior explicatur. *Multa omnis generis inerant bona — quippe etiam ibi capta sunt vela, 40 trirremium aliaque instrumenta et tres triremes in terram subductae, Minus quadraret in illa narrationis serie: ἔπι relicta sunt.* Idem igitur verbo: ἐγκατελείφθη indicatur, quod antea illo: εἶλω. Etiam pro illo: ἀνεκκυσμέναι — septem codices, sicut iam Dukerus adnotauit, veram lectionem: ἀνεκκυσμέναι τρεῖς — exhibent.

Cap. 25. Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτειν ἐμβαλόντες —. Septem codices legunt: βλάπτειν ἐμβαλλόντες. Si antea praesenti tempore legitur: ἐπιπλέοντες, multo magis etiam: ἐμβαλλόντες admitti debet. Nam nauigationem, qua hostis adpropinquauit, demum ipse impetus in hostem factus excipit. — In verbis: ἐκ τε τῶν ἀκατίων ἄνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυρούς — nouem codices cum Thoma Magistro legunt: ἐκ τε τῶν ἀκατίων ἄνευον —. Maius igitur nauigium huius nominis, cuius etiam Herodotus lib. VII, cap. 186, meminit, indicari videtur. Thucyd. lib. VII, c. 59, inter varia nauium genera etiam illud: ἀκατόν refertur. — In verbis: ἐπεμψαν δὲ καὶ εἰς τὰς πόλεις πρέσβεις — ἀγγελοῦντας τὴν — λῆψιν — quatuordecim codices legere iubent: ἀγγέλλοντας τὴν — λῆψιν. Nemo quidem infitiabitur, dici posse: πέμπειν πρέσβεις ἀγγέλλοντας —. Sed huc codicum lectioni nostro loco obstare videtur participium futuri: δηλώσοντας — εἰξώσοντας, quod sequitur. Tamen constat, non semper Graecos scriptores in ordine temporum retinendo tam adcuratos esse et diligentes, inprimis post longam parenthesin, qualis nostro loco est interiecta. Quare etiam Thucydides particula: αὐ sequentia denuo antecedentibus adnectit: τὰ τε ἄλλα αὐ δηλώ-

σοντας —. Puto igitur, h. l. varii temporis participia ab ipso Thucydide cum verbo: *ἐπεμψαν* esse coniuncta.

Cap. 26. *Καὶ παραλαβόντες τῶν Ἀργείων ὀπλίτας τινας ἐπὶ τὰς ναῦς, ἔπλεον* —. Vocabulum: *τινας*, quod ab hoc loco valde alienum est, quia nonnulli tantum Argini, neque tota eorum caterua, non multum efficere in Laconiae regione potuissent, omittunt octo codices. Neque etiam in Vallae libro adfuit, quia vertebat: *σπιτῆτις ἰν ναυες Ἀργίουorum armatis*. Quare optime omititur vocabulum: *τινας* h. l. codicum auctoritate. — In verbis: *ὁ δὲ Χαρικλῆς περιμείνας, ἕως τὸ χωρίον ἐξετείχισε, καὶ καταλιπὼν φυλακὴν αὐτοῦ ἀπεκομίζετο* — decem codices legunt: *ὡς τὸ χωρίον ἐξετείχισε* —. Nihil tamen est mutandum, quia facile litera: *ε* propter ultimam antecedentis vocabuli: *περιμείνας* literam perire potuit. Nam literae: *σ* et: *ε* a librariis saepe permutantur.

Cap. 27. *Ἰστέρον δὲ φρουραῖς ὑπὸ τῶν πόλεων, κατὰ διαδοχὴν χρόνον ἐπιουσῶν τῇ χώρᾳ, ἐπωκέιτο* —. Haud dubie longe aptior neque negligenda est quatuordecim codicum lectio: *κατὰ διαδοχὴν χρόνον ἐπιούσαις* —. Nam non urbes, sed praesidia militum ex urbibus missa Deceliae commorabantur. — In verbis: *βραχεῖμι γιγνόμεναι αἱ εἰσβολαὶ* — lectio Thucydidis consueta: *εἰσβολαὶ*, quae etiam in aliis locis, ut lib. III, c. 89, occurrat, ex sex codicibus est recipienda.

Cap. 28. *Πόλιν οὐδὲν ἐλάσσονα αὐτὴν τε καθ' αὐτὴν τῶν Ἀθηναίων* —. Omnes fere codices lectionem falsam: *τῶν Ἀθηναίων* — tuentur, quae h. l. admitti non potest. Librarii multis locis: *Ἀθηναίων* et: *Ἀθηναίων* permutarunt, cuius erroris exempla in primis Herodoti codices permulta adferunt. — In verbis: *ὑπὸ τε τῆς Δακελείας πολλὰ βλαπτούσης* — particula: *τε* a plurimis codd. omititur. Quare ea, licet apte adhiberetur, est relicienda.

Cap. 30. *Ὡς εἰρων τὰ ἐν τῇ γῆ ὀρμισάντων ἔξω τοῦ ζεύγματος τὰ πλοῖα* —. Unice veram esse puto cum Dukero aliisque lectionem codicis Graeu.: *ἔξω τοξεύματος τὰ πλοῖα*, quam etiam Valla iam in libro suo inuenit. Idem codex Parisiensis, quem Gailius doctissimus ad emendationem loci mendosi in cap. 16. adhibuerat, veram quoque lectionem: *τοξεύματος* nostro loco attulit. Sed retinuit adhuc ed. Parisiensis lectionem: *τοῦ ζεύγματος*. Quae quidem Bauerus doctissimus ad defendendam

lectionem vulgatam profert de significatione verbi: ζεύγμα, ut stationem s. recessum indicet, adhuc probatione indigere videntur.

Cap. 31. Ὀλκάδα ὁμοῦσαν ἐν Φεῖᾳ τῇ Ἠλείων λαβῶν — αὐτὴν μὲν διαφθείρει —. Vocabulum: λαβῶν omitunt quatuordecim codices. Quare illud cum Dukero eiiciendum esse censeo. Pronomen: αὐτὴν, sicut Latinorum: ille, post parenthesin saepe redundat. Etiam h. l. superfluum esse videtur, neque propterea tamen adiectionem vocabuli: λαβῶν necessario requirit. — In verbis: πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανοὺς ὄντας δυοῖν θεούσας εἴκοσιν ταῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων — ναυμαχεῖν — septemdecim codices legunt: ὡς οὐχ ἱκανὰς οὐσας —. Si autem haec vera est lectio, etiam in sequentibus legi debet: δυοῖν θεούσας εἴκοσι τὰς ἑαυτῶν — ναυμαχεῖν —. Ita etiam vere hunc locum codex Cl. exhibet. Eodem respicit unus Paris., qui legit: δυοῖν δὲ οὐσας —. Etiam aptiorem lectionem: εἴκοσι pro falsa: εἴκοσιν alii septem codices confirmant. Quia Conon illas naues postulat sibi mittendas, haud dubie sequi debuisset: ὡς οὐχ ἱκανὸν ὄντα —. Quare magis quadrat altera codicum lectio: ὡς οὐχ ἱκανὰς οὐσας δυοῖν θεούσας εἴκοσι τὰς ἑαυτῶν —, quae iam ad Cononis classem non satis numerosam refertur. Ita iam Valla in libro suo legerat, quia vertit: quod suae duodeviginti impares essent ad conflegendum cum hostium quinque et viginti. — Denique in verbis: καὶ πεντεκαίδεκα τε ναῦς πληροῦν ἀλεύσας καὶ ὀπλίτας καταλεγόμενος — octo codices particulam: τε ante: ναῦς ignorant. Plane superuacanea est h. l. haec particula: τε, quia iam: καὶ ante: πεντεκαίδεκα positum idem, quod huic inesset particulae, inuoluit, quidquid etiam Bauerus doctissimus ad huius particulae: τε defensionem protulerit.

Cap. 32. Πέμπει ἐς — Κεντῶριπας τε καὶ Ἀλικυκίους καὶ ἄλλους, ὅπως μὴ διαφύσωσι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ ξυστραφέντες κωλύσωσι διελθεῖν —. Lectio: Ἀλικυκίους haud dubie est falsa. Nam variae codicum lectiones magis in eo consentiunt, ut legendum sit: Ἀλικυκίους, quod est nomen incolarum urbis in Sicilia satis notae. Quoniam vero Halicyarum urbs ab illa Centuriparum est nimis remota, et tamen hoc loco utraque urbs coniungitur, Cluuerius ingeniose coniecit, legendam esse: Ἀλυ-

οικαλους, quo nomine vicinae urbis incolae indicarentur. Equidem statim censerem, hanc Cluverii coniecturam esse verisimilem, nisi Thucydides in sequentibus adiecisset: Socios Syracusanorum iam alia via transitum non esse tentaturos, quia ipsis Agrigentini nullam per suos agros viam concesserint. Quam longe autem a Centuriparum urbe abest Agrigentum! Si quis porro Halicyarum situm cum Agrigenti situ comparauerit, facilius sibi persuadebit, quamuis Syracusani ex tota Sicilia sibi socios congregare voluerint, eos tamen non facile per terram continentem adpropinquare Syracusarum urbi praeter Camarinaeos in capite sequenti commemoratos potuisse, si illae tres Siciliae urbes, Centuripae, Halicyae et Agrigentum, nullum iis per agros suos transitum permetterent. Haec igitur ad defendendam codicum lectionem: *Αλικαλους* mihi sufficere videntur. Praeterea etiam undecim codices dicendi ratione inter Atticos magis consueta legere iubent: *ὅπως μὴ διαφῆσουσι* — *ἀλλὰ* — *κωλύσουσι διελθεῖν*.

Cap. 33. *Σχεδὸν γὰρ τοὶ ἤδη πᾶσα ἡ Σικελία, πλὴν Ἀκραγαντίνων, (οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν)* — Inest his verbis *βραχυλογία* Thucydidi satis consueta. Equidem ex sequentibus ad illud: *πᾶσα ἡ Σικελία* suppleo: *μεθ' ἑτέρων ἦσαν, Iam tota propemodum Sicilia alterutri parti studebat*. Nam satis constat, illud: *ἕτερος* etiam significare: *alteruter*. Verba igitur, quae bis ponenda essent, Thucydides semel tantum posuit. Qua interpretandi ratione etiam sequentia cum antecedentibus non commiscuntur. Nam in sequentibus inter Siculos, qui alterutri parti studebant, illi potissimum separantur tanquam Syracusanorum socii, qui prius, quam foedus inirent, varium belli euentum exspectauerant. Porro in plurimis codicibus atque etiam in Scholiasta legitur: *σχεδὸν γὰρ τι ἤδη* —. Quam lectionem iam Dukerus ex prisca ante Stephanum editionibus iure revocandam esse censuit. — In verbis: *ἐπέσχεον εὐθείως τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρεῖν* — etiam amplector verissimam Dukeri sententiam, ut ex duobus codicibus ita distinguantur haec verba: *ἐπέσχεον τὸ εὐθείως* —, quia verbum: *ἐπέχειν* magis Actiui forma in Thucydide frequentatur.

Cap. 34. *Καὶ οἱ περὶ τὰν αὐτὸν χρόνον, οὗτον οἱ ἐν*

ταῖς — ναυοῖ, οἵπερ τῶν ἑλλάδων ἕνεκα — ἀνθρώπων —. Aperte superfluum est illud: οἱ ante verba: ἐν ταῖς — ναυοῖ, quia statim sequitur: οἵπερ — ἀνθρώπων —, neque mihi persuadere possum, a Thucydide, verbis minus abundante, haec esse scripta. Forte Atticorum more scripserat: περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἔν ταῖς — ναυοῖ —, quod certe huic loco maxime conuenire videtur. — In verbis: οἱ μὲν γὰρ Κορίνθιοι καὶ Πελοποννησιοὶ πρὸς τῇ γῆ ναυμαχοῦντες ῥαδίως διεσώζοντο — vulgata quidem lectio est elegans et optimum fundit sensum, codices tamen quam plurimi lectionem minus elegantem recipere iubent: ναυμαχοῦντες καὶ διεσώζοντο — etiam feliciter conseruati sunt. Vocabulum: ῥαδίως igitur ex interpretamento ortum esse videtur. Etiam Vallae liber non illud exhibuit, quia vertebat: *Corinthii et Peloponnesenses beneficio terrae, prope quam dimicabant, liberati sunt.* — In verbis denique: ἔστησαν τροπαῖον — ὡς νικήσαντες, ἀπέχον τοῦ Ἐρινεοῦ — sine haesitatione recipienda esse videtur sex codicum lectio: ἀπέχον τοῦ Ἐρινεοῦ —, sicut iam cum Dukero plures interpretes consuerunt.

Cap. 55, Ἦγον διὰ τῆς Θουριάτιδος γῆς —. Nouem codices legunt: τῆς Θουριάδος γῆς — atque ita etiam hoc loco legendum esse, Dukerus ex Stephani libro: *de urbibus* docuit.

Cap. 56. Πρὸς τὰς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ ναῦς ἐπισκευασμένοι πρόωρονθεν ἐναυμάχουν —. Recte quidem adnotauit Abreschius, nullum intercedere h. l. discrimen, utrum: ἐπισκευασμένοι, an: ἐπισκευασάμενοι legas, tamen praefero lectionem magis consuetam: ἐπισκευασάμενοι, quia etiam octo codicum et Scholiastae auctoritate nititur. Idem Abreschius in verbis: πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρεχόντες τοῖς ἐμβόλοις — coniecturam mihi quidem verisimilissimam profert, ut forte legatur: περιέχοντες τοῖς ἐμβόλοις, *superantes impetu rostris facto.* Nam satis constat, particulas: περὶ et: παρὰ saepenumero in verbis ἐπιθετοῖς permutari a librariis. — In verbis: τῇ τε πρότερον ἀμαθία τῶν κυβερνητῶν δοκούση εἶναι, τὸ ἀντιπρόωρον συγκροῦσαι, μάλιστα ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι — attentione dignissima est lectio Marg. Ar. C. Dan. Mosqu. τῇ ἀντιπρόωρον συγκροῦσει —, quacum ex parte conuenit sex codd. Paris. et Cass. lectio: τὸ ἀντιπρόωρον συγκροῦσει —. Puto

igitur, Thucydidem olim scripsisse: τῇ τε πρότερον — δοκούση εἶναι τῇ ἀντιπρώρων συγκρούσει μάλιστα ἂν αὐτοὶ χρῆσασθαι —. Ita haec: τῇ — συγκρούσει apte respondent antecedenti: τῇ τε — δοκούση εἶναι — et eicitur falsa lectio: τὸ συγκρούσαι cum reliquorum verborum constructione minime concilianda. Sola literarum: ο et: ω mutatio, quam in vocabulo: ἀντιπρώρων sine codicum auctoritate admisi, ex iis, quae iam in hoc capite adfuerunt: ἀντιπρώροις — χρῆσθαι — ἀντίπρωροι — ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι — excusari potest. Iam sensus horum verborum existit: *Putabant opposita prorarum collisione, quae ante gubernatorum ignoscitia esse facta videbatur, se potissimum in proelio usuros.* — In verbis denique: οὐκ οὔσης αὐτοῖς ἐς πάντα τὸν λυμένα τῆς ἀνακρούσεως — decem codices articulum: τῆς ante vocabulum: ἀνακρούσεως omittunt, sicut etiam in aliis multis horum librorum locis potest animaduerti.

Cap. 37. Καὶ ἡ γυμνησία τῶν Συρακουσίων —. Novem codices scribunt: καὶ ἡ γυμνητεία —. Cum tanta sit scribendi varietas in nominibus primae declinationis in: ια seu: εια desinentibus, sola codicum auctoritate scriptura magis certa definiri poterit. — In verbis: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπίου — ἀντεπέτησαν — Graevii codex, unus Paris. et Scholiastes, qui omiserunt vocabulum: Ἀθηναῖοι, suspicionem satis certam de librorum interpretamento, uti iam Dukerus censuit, confirmant. — In verbis autem antecedentibus: αἱ δὲ νῆες μετὰ τοῦτο εὐθύς ἐξέπλεον τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων — quindecim codicum consensu articulus: τῶν eiiciendus est ante vocabulum: ξυμμάχων.

Cap. 38. Νικίας, ἰδὼν ἀντίπαλα τὰ τῆς ναυμαχίας γενόμενα —. Novem codices omittunt: τὰ ante: τῆς ναυμαχίας —. Quod ferri potest, si illud: ἀντίπαλα τῆς ναυμαχίας consueto Thucydidis more dictum esse putamus pro illo: ἀντίπαλον τὴν ναυμαχίαν γενομένην —. In verbis: παρασκευαζόμενοι δὲ ταῦτα ὅλην ἡμέραν διετέλεσαν οἱ Ἀθηναῖοι — omnium fere codicum consensu legendum est: ὅλην τὴν ἡμέραν διετέλεσαν —, sicut iam Wassius legerat iusserat.

Cap. 39. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Συρακούσιοι τῆς μὲν ὄρας πρωϊαίτερον, τῇ δὲ ἐπιχειρήσει τῇ αὐτῇ τοῦ τε πεζοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ προσέμισγον —. Plurimorum codicum lectio-

nes in eo consentiant, ut legendum sit: τῶν μὲν ἄρας πρότερον —. Sed nemo negabit, lectionem receptam esse elegantioiorem et aptiorem; Ne tamen a lectione codicum nimis recedamus, sequor codicis Graeu. et unius Paris. scripturam: τῆς ἄρας πρώτερον —. Eandem confirmant quatuor codd. Paris. qui lectionem duplicem: πρώτερον ἢ τὸ πρότερον — adferunt. Iam etiam adparebit, quam facile: πρώτερον et: πρότερον a librariis permutari potuerint. In verbis: τοῦ τε πῆξου octo codices omittant copulam: τε, quae hoc loco non est necessaria. — In verbis: ὅπως αὐτοὺς ἐκβιάσαντες τοὺς ναύτας — ἀριστοποιήσονται — amplector Dukeri sententiam, ut duodecim codicum auctoritate legatur: ὅπως αὐτοῖς ἐκβιάσαντες —, quia eiusmodi datini apud Thucydidem frequentantur, et h. l. apte ad illud: αὐταῖς intelligi ex antecedentibus potest: τοῖς ἐδωδίμοις. Sed: ἀριστοποιήσονται nolim cum Bauero mutare duorum codicum auctoritate in: ἀριστοποιήσονται, quia sequitur: καὶ — ἐπιχωροῖσι.

Cap. 40. Ὅνκ ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις αὐτοῦ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαμελλοντες κόπον ἀλλίσκεσθαι —. Ab undecim codicibus omittitur vocabulum: αὐτοῦ. Quod etiam Valla in libro suo non legit. Nam vertebat haec verba: *Non committendum sibi putauere Athenienses, ut differendo labore a se ipsis superarentur.* Cedendum est igitur tot codicum consensui. — In verbis: οἱ δὲ Συρακούσιοι, δεξάμενοι ἤμνοντο καὶ ταῖς τε ναυσὶν — χρωμένοι — τῶν ἐμβολῶν παρασκευῇ ἀνεφύγγυσαν τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς — vocabulum: ἤμνοντο haud dubie est superfluum, quia non solum in ipsa narratione est superfluum, cum illud: δεξάμενοι ad: ἀνεφύγγυσαν referri possit, sed a multis quoque codicibus omittitur. Etiam Vallae liber, sicut ex Latina eius interpretatione patet, hoc vocabulum omiserat. — Porro Abreschii et Baueri sententia legendum esse censeo: τῶν ἐμβολῶν παρασκευῇ, quia ita propter illa legi debet, quae capite 56 de nautico Syracusanorum apparatu narrantur.

Cap. 41. Ἄνδρας τε τοὺς μὲν ζωρήσαντες τρὺς τε ἀποκτείναντες ἀπεχώρησαν —. Nouem codices legunt: τῶν μὲν πολλοὺς ζωρήσαντες —. Quod quidem mendose scribi putat Wassius, quia forte antecesserat: κατατραυματίσαντες πολλὰς. Sed apta mihi videtur esse haec lectio.

Nam si multae naues sunt, praeter septem demersas, etiam laesae, quanto certius est, etiam multos milites esse captos et caesos. Valla quoque in libro suo iam invenit hanc lectionem: *Vertit enim: multisque viris tum captis tum occisis.* Praeterea etiam scribi debet: *τὸν δὲ ἀποκτείναντες* —, sicut in sex codicibus legitur. Nam particula: *τε*, quae post: *ἀνδρας* reperitur, potius ad sequentia: *καὶ τροπαια* — est referenda. — In verbis: *τὴν ἑλπίδα ἣδη ἐχούσιν εἶχον, ταῖς μὲν ναυσὶ πολὺν κρείσσους εἶναι, ἰδοῦν δὲ καὶ τὸ πέσον χειρώσεσθαι* — varia codicum lectio eo spectare videtur, ut legamus: *δοκεῖν δὲ καὶ τὸν πέσον χειρώσεσθαι*. Nam Gr. et duo Pariss. diserte exhibent: *δοκεῖν δὲ* —, quae lectio etiam a Wassio est comprobata. Alii quatuor libri legunt: *δοκεῖ δὲ* —. Alii duo adferunt vulgatam: *ἰδοῦν δὲ* — et unus peruerso accentu: *ἰδοοῦν*, qui quidem accentus saltem vestigia pristinae lectionis: *δοκεῖν* retinere videtur. Si porro particulam: *δὲ* in illo: *δοκεῖν δὲ* — respicimus, quae aperte antecedenti: *ταῖς μὲν ναυσὶ — εἶναι* — respondet, novum ad lectionem: *δοκεῖν* admittendam reperitur argumentum. Valla quidem in sua interpretatione Latina huius loci sensum pervertit. Tantum tamen ex eius verbis adparet, quae infinitivos repetitos complectuntur, illud: *ἰδοῦν* in eius codice non adfuisse. Vertit enim: *sibi pro certo iam persuadentes, ac classe multum Atheniensibus antecellere, peditatu vero inferiores esse.* Futurum: *χειρώσεσθαι* haud dubie pro: *χειρώθησεσθαι*, sicut iam de Thucydide futura media pro passivis adhibere solito Dukerus, ad huius libri cap. 25, adnotavit, est positum. Denique lectionem: *τὸν πέσον* decem codices auctoritate sua confirmant, sicut etiam cap. 58. legebatur: *καὶ ἃ πέσος ἅμα ἀπὸ τῶν τευχῶν ἀπήλαθε.*

Cap. 42. *Καὶ οἱ ξυνομοσάτην ἦγετο διαπολέμησιν ἢ γὰρ κατορθώσας ἦξεν Συρακούσας* —. Voculam: *οἱ* octo codices ignorant, cuius etiam rarior est usus in Thucydide. Quare haec vocula nostro loco eiicienda esse videtur. Pro illo: *ἦξεν* haud dubie vis maior inest septem codicum lectioni: *ἔξεν* Συρακούσας —, quam longe praefero vulgatae. Quamvis etiam Regius codex lectionem: *ἔξεν* tueatur, tamen Gailius nullam lectionis varietatem in hoc vocabulo adnotavit. — In verbis: *τὴν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακουσίων ἔτενον οἱ Ἀθηναῖοι* —

septem codicum lectionem: ἔτεμον οἱ Ἀθηναῖοι — magis adcommodatam esse censeo Thucydidis dictioni. Nam illud: ἔτεμον saepe occurrit in eius libris, ut lib. I, cap. 50: τῆς γῆς ἔτεμον. lib. II, c. 56: ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πάλην. lib. V, c. 55: τεμόντες τῆς Ἐπιδαυρίας ὡς τὸ τρίτον μέρος. lib. VI, c. 75: τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον. — In verbis: οὐδὲ γὰρ καθ' ἑκάτερα οἱ Συρακούσιοι ἀντεπεξήσαν — probabiliorem esse puto novem codicum melliorum lectionem: οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα οἱ Συρακούσιοι —, quam etiam Valla in libro suo intuenisse videtur, quia vertit hunc locum: *adversus neutros enim prodierat Syracusani* —.

Cap. 43. Ἐδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειράσαι τοῦ ἀποτειχίσματος —. Magis vera est duodecim codicum lectio: ἀποπειράσαι τοῦ παρατειχίσματος —. Nam ita etiam capite antecedenti legitur: ὁρῶν τὸ παρατειχίσμα τῶν Συρακουσίων —. In verbis: αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου — ἐχώρει πρὸς τὰς Ἐπιπολάς — duodecim libri omittunt articulum: τοῦ ante: πρώτου ὕπνου —. Puto igitur h. l. esse legendum: ἀπὸ πρώτου ὕπνου, sicut lib. II, c. 2, Thucydidēs scripserat: περὶ πρώτον ὕπνον —. In verbis: καὶ ἄνδρας τινὰς τῶν φυλακῶν ἀποκτείνουσι — undecim codices ignorant vocabulum: τινὰς, quod h. l. inter interpretamenta esse referendum videtur. Nam: ἄνδρες etiam Graeci interdum pro: τινές ponunt. — In verbis: τὰ στρατόπεδα, ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν τρία ἐν προτειχίσμασιν — haec ultima verba: ἐν προτειχίσμασιν non aptum fundunt sensum atque a duodecim codicibus omittuntur, neque etiam in Vallae libro, sicut ex Latina eius interpretatione adparet, adfuerunt. Quare etiam librorum interpretamentis sunt adnumeranda. — Denique in verbis: ἀδοκίτου τοῦ τολμήματος σφίσι ἐν νυκτὶ γενομένου alium verborum ordinem: τολμήματος ἐν νυκτὶ σφίσι γενομένου — undecim codices, non improbante Wassio, quia haud dubie illud: σφίσι aptius cum: γενομένου construi putat, proponunt.

Cap. 44. Πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος, μόλις οἶδεν. Tredecim codices edere iubent: μόλις οἶδεν —, sicut statim in eodem capite occurrit: μόλις ἀπελύοντο —. In verbis: μέγιστον καὶ οὐχ ἥμισυ ἐβλαψεν ὁ παιωνισμὸς — decem codices apte copulam: καὶ inserunt ante: ὁ παιωνισμὸς —, ut legatur: ἐβλαψε καὶ ὁ παιωνισμὸς —. In verbis: κατὰ τὰ πολλὰ τοῦ στρατοπέδου, ἵππεϊ ἀπαξ ἔτα-

Nam si multae naues sunt, praeter septem demersas, etiam laesae, quanto certius est, etiam multos milites esse captos et caesos. Valla quoque in libro suo iam invenit hanc lectionem: *Vertit enim: multisque viris tum captis tum occisis.* Praeterea etiam scribi debet: *τῶν δὲ ἀποκτείναντες* —, sicut in sex codicibus legitur. Nam particula: *τε*, quae post: *ἀνδρας* reperitur, potius ad sequentia: *καὶ τροπαία* — est referenda. — In verbis: *τὴν ἑλπίδα ἣδη ἔχουσαν εἶχον, ταῖς μὲν ναοὶ πολὺ κρησσούς εἶναι, ἰδοῦναι δὲ καὶ τὸ πέδον χειρωσέσθαι* — varia codicum lectio eo spectare videtur, ut legamus: *θοκεῖν δὲ καὶ τὸν πέδον χειρωσέσθαι.* Nam Gr. et duo Pariss. diserte exhibent: *δοκεῖν δὲ* —, quae lectio etiam a Wassio est comprobata. Alii quatuor libri legunt: *δοκεῖ δὲ* —. Alii duo adferunt vulgatam: *ἰδοῦναι δὲ* — et unus peruerso accentu: *ἰδοοῦν*, qui quidem accentus saltem vestigia pristinae lectionis: *δοκεῖν* retinere videtur. Si porro particulam: *δὲ* in illo: *δοκεῖν δὲ* — respicimus, quae aperte antecedenti: *ταῖς μὲν ναοὶ — εἶναι* — respondet, novum ad lectionem: *δοκεῖν* admittendam reperitur argumentum. Valla quidem in sua interpretatione Latina huius loci sensum pervertit. Tantum tamen ex eius verbis adparet, quae infinitivos repetitos complectuntur, illud: *ἰδοῦναι* in eius codice non adfuisse. Vertit enim: *sibi pro certo iam persuadentes, se clame multum Atheniensibus antecellere, peditatu vero inferiores esse.* Futurum: *χειρωσέσθαι* haud dubie pro: *χειρωθήσθαι*, sicut iam de Thucydide futura media pro passivis adhibere solito Dukerus, ad huius libri cap. 25, adnotavit, est positum. Denique lectionem: *τὸν πέδον* decem codices auctoritate sua confirmant, sicut etiam cap. 58. legebatur: *καὶ ὁ πέδος ἅμα ἀπὸ τῶν τευχῶν ἀπήλθε.*

Cap. 42. *Καὶ οἱ ξυνομοτάτην ἠγάθη διαπολέμησην ἣ γὰρ κατορθώσας ἦξεν Συρακούσας* —. Voculam: *οἱ* octo codices ignorant, cuius etiam rarior est usus in Thucydide. Quare haec vocula nostro loco eiicienda esse videtur. Pro illo: *ἦξεν* haud dubie vis maior inest septem codicum lectioni: *ἔξεν* Συρακούσας —, quam longe praefero vulgatae. Quamvis etiam Regius codex lectionem: *ἔξεν* tueatur, tamen Gailius nullam lectionis varietatem in hoc vocabulo adnotavit. — In verbis: *τὴν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακουσίων ἔτιμον οἱ Ἀθηναῖος* —

septem codicum lectionem: ἔτεμον οἱ Ἀθηναῖοι — magis adcommodatam esse censeo Thucydidis dictioni. Nam illud: ἔτεμον saepe occurrit in eius libris, ut lib. I, cap. 50: τῆς γῆς ἔτεμον. lib. II, c. 56: ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πάλην. lib. V, c. 55: τεμόντες τῆς Ἐπιδαυρίας ὡς τὸ τρίτον μέρος. lib. VI, c. 75: τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον. — In verbis: οὐδὲ γὰρ καθ' ἑκάτερα οἱ Συρακούσιοι ἀντεπεξήσαν — probabiliorem esse puto noxem codicum mellorum lectionem: οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα οἱ Συρακούσιοι —, quam etiam Valla in libro suo inuenisse videtur, quia vertit hunc locum: *aduersus neutros enim prodiera Syracusani* —.

Cap. 45. Ἐδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειράσαι τοῦ ἀποτειχίσματος —. Magis vera est duodecim codicum lectio: ἀποπειράσαι τοῦ παρατειχίσματος —. Nam ita etiam capite antecedenti legitur: ὁρῶν τὸ παρατειχισμα τῶν Συρακουσίων —. In verbis: αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου — ἐχώρει πρὸς τὰς Ἐπιπολάς — duodecim libri omittunt articulum: τοῦ ante: πρώτου ὕπνου —. Puto igitur h. l. esse legendum: ἀπὸ πρώτου ὕπνου, sicut lib. II, c. 2, Thucydidēs scripserat: περὶ πρώτον ὕπνον —. In verbis: καὶ ἄνδρας τινὰς τῶν φυλακῶν ἀποκτείνουσι — undecim codices ignorant vocabulum: τινὰς, quod h. l. inter interpretamenta esse referendum videtur. Nam: ἄνδρες etiam Graeci interdum pro: τινές ponunt. — In verbis: τὰ στρατόπεδα, ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν τρία ἐν προτειχίσμασι — haec ultima verba: ἐν προτειχίσμασι non aptum fundunt sensum atque a duodecim codicibus omittuntur, neque etiam in Vallae libro, sicut ex Latina eius interpretatione adparet, adfuerunt. Quare etiam librorum interpretamentis sunt adnumeranda. — Denique in verbis: ἀδοκίτου τοῦ τολμήματος σφίσιν ἐν νυκτὶ γενομένου alium verborum ordinem: τολμήματος ἐν νυκτὶ σφίσι γενομένου — undecim codices, non improbane Wassio, quia haud dubie illud: σφίσι aptius cum: γενομένου construi putat, proponunt.

Cap. 44. Πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος, μόλις οἶδεν. Tredecim codices edere iubent: μόλις οἶδεν —; sicut statim in eodem capite occurrit: μόλις ἀπελύοντο —. In verbis: μέγιστον καὶ οὐχ ἥμισυ ἐβλαπεν ὁ παιωνισμὸς — decem codices apte copulam: καὶ inserunt ante: ὁ παιωνισμὸς —, ut legatur: ἐβλαψε καὶ ὁ παιωνισμὸς —. In verbis: κατὰ τὰ πολλὰ τοῦ στρατοπέδου, ἐπεὶ ἅπαξ ἔτα-

ράχθησαν — undecim quidem codd. omittunt: τὰ ante: πολλά. Sed satis adparet, quam facile h. l. articulus: τὰ perire potuerit. Quare eum adhuc esse retinendum puto. — In verbis: ἐπειδὴ ἐς τὸ ὄμαλόν οἱ συζόμενοι ἀκωθεν καταβαίνοιεν, οἱ μὲν πολλοὶ αὐτῶν — διεφύργησαν — octo codices omittunt: οἱ μὲν ante: πολλοί. Neque etiam h. l. necessarium puto esse illud: οἱ μὲν, quia illi: πολλοὶ simul adiectum est: αὐτῶν. Quamquam vero sequitur: οἱ δὲ ὕστερον ἦκοντες, tamen non opus est antecedenti: οἱ μὲν, quia constat, loco: οἱ μὲν saepe vocabulum: πολλοί, sicut hic legitur, aut aliud simile verbum antecedere solere.

Cap. 47. Ἐπειδὴ ἔσφαλτο, διεξιέναι ἐψηφίζετο καὶ μὴ διατρέβειν — Duodecim codices legunt: ἐξιέναι ἐψηφίζετο — Quae lectio haud dubie est praeferranda, quia particula: διὰ librariorum errore adiecta esse videtur ex sequenti: διατρέβειν, quod simul scribentis librarii oculis obuersabatur. Ita supra cap. 43. etiam librarii male posuerant: ἀποτερισμάτος, quia modo antecesserat: ἀποπειράσαι. Codices, qui ex interpretamento legunt: ἀπιέναι, ad confirmandam lectionem veram: ἐξιέναι conducunt. Etiam Scholiastes et Valla ita legisse videntur. Nam ille interpretatur: ἀπάγειν τὴν στρατιάν, hic vertit: *decedere potius* — . In verbis: καὶ τῇ πόλει ὠφελιμώτερον εἶναι ἔφη — duodecim codicum auctoritate neque alia de causa legendum est mutato ordine: ὠφελιμώτερον ἔφη εἶναι — .

Cap. 48. Τὸ δὲ τι καὶ τὰ τῶν παλεμίων, ἀφ' ὧν ἐπιπλέον, ἢ ἄλλοι, ἠσθάνετο αὐτῶν, ἐλπιδος τὶ ἔτι παρῆγε — Praeferranda est duorum codicum lectio: τὸ δ' ἔτι καὶ τὰ — . Praeterea etiam hostium status — *spem ei nonnullam adhuc praebebat*. Verum est quidem, si ita emendamus, bis particulam: ἔτι in eodem membro occurrere. Sed primo tenendum est, post parenthesis longiorem, quae interiecta est, hanc repeti particulam, deinde vario etiam significato eam bis adhiberi. Porro octo codices legunt: ἢ οἱ ἄλλοι ἠσθάνετο αὐτῶν — . Quae lectione inprimis lis illa, quo vocabulum: αὐτῶν referri debeat, dirimi videtur. Nam: αὐτῶν mea quidem sententia est genitiuus partitionis et debet cum illo: οἱ ἄλλοι, commate post: ἄλλοι sublato, coniungi: *quem quidem statim melius quam alii illorum*, (qui in consilio

aderant) *perspexerat*. — Contra vero in verbis huius capituli: *ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα οὐκ ἀποδέχονται* — omittendus est ante: *Ἀθηναῖοι* articulus: *οἱ*, quem duodecim codices ignorant. — In verbis: *χρήμασι γὰρ αὐτοὺς ξινοτροφούντας καὶ ἐν περιπολλοῖς ἅμα ἄλλα ἀναλίσκοντας* — octo codices aptissimam proferunt lectionem: *καὶ χρήμασι γὰρ αὐτῶν*, quia illud: *καὶ* bene respondet alteri: *καὶ* ante: *περιπολλοῖς*, ut sit: *non solum* — sed *etiam* —. Vocabulum autem: *ἄλλα* ante: *ἀναλίσκοντας* novem codices eiiciunt. Etiam Wassius illud: *ἄλλα* non necessarium esse h. l. putat, quia ad: *ἀναλίσκοντας* ex antecedentibus apte suppleri potest: *χρήματα*. Quare hoc vocabulum: *ἄλλα* librariorum interpretamentis adnumero. — In verbis: *δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη ἀνηλωκέναι* — sex codicum lectio: *ἤδη ἀναλωκέναι* antiquorum Atticorum scripturam accurate restituit. — Denique in verbis: *καὶ μὴ, χρήμασιν, ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ, νικηθέντας ἀπιέναι* — comma post: *χρήμασιν* tollendum censeo, ut hoc vocabulum cum sequentibus: *ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ*, coniungatur. Quae verba de Syracusanis, qui non maioribus, quam Athēniensibus, gaudeant opibus, interpretor.

Cap. 49. *Ὁ μὲν Νικίας ταῦτα λέγων ἰσχυρίζετο* —. Undecim codices legunt: *Νικίας τοσαῦτα λέγων* —. Wassio non sine causa haec lectio placet, quia orationem Niciae iactationis plenam in tanta Atheniensium miseria indicat. — In verbis: *πορθοῦντες τὰ τῶν πολεμίων καὶ ἐκείνους βλάψουσι* — inepta et falsa verborum: *πορθοῦντες τὰ τῶν πολεμίων* interpretatio a Scholiasta adfertur: *ἦγον τὸς πολεμίους*. Nam statim sequitur in nostro scriptore: *καὶ ἐκείνους βλάψουσι*, quibus verbis plane refutatur Scholiastes. Sed magis memoratu digna est varia lectio decem codicum: *πορθοῦντες τὰς τῶν πολεμίων* —. Si vera est haec lectio, quod verisimile est propter tot librorum consensum, haud dubie ἀπὸ κοινοῦ ex antecedentibus, ubi de foederatis Tapsi et Catanæ urbibus, quas adire deberent Athenienses, loquitur Thucydides, ad verba: *τὰς τῶν πολεμίων* supplendum est: *πόλεις*. Simili ratione Thucydides lib. III, cap. 33, narrat: *θορῶσιν ἅμα προσπίπτοντες τὰς πόλεις* —. In verbis: *οὐδενὶ τρόπῳ, ἐρη, ἀρέσκειν, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν*, admittenda

est apta undecim codicum lectio: οὐδενὶ τρόπῳ οὐ ἔφη ἀρέσκειν —.

Cap. 50. Ἀπενεχθέντες γὰρ ἐς Λιβύην καὶ δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο — καὶ — ξυμμαχήσαντες καὶ νικήσαντες — καὶ αὐτόθεν παραπλεύσαντες — ἀφίκοντο ἐς Σελινόυντα. Nouem codices legunt: ἀπενεχθέντων γὰρ ἐς Λιβύην —. Lectio recepta haud dubie est elegantior. Tamen negari non potest, si eam retinemus, superfluum esse copulam: καὶ ante: δόντων Κυρηναίων. Si vero illam nouem codicum lectionem admittimus, non amplius abundat copula: καὶ. Praeterea talis permutatio constructionis in Thucydide, inprimis post longam parenthesin, non exemplis caret, ut in una periodo diverso casu idem Subiectum indicetur. Conferantur Dukeri obseruationes ad lib. VII, cap. 42. et cap. 70, ubi pluribus exemplis docuit, hanc enallagen casuum saepe obuiam esse in Thucydide. Ita h. l. si codicum lectionem sequeremur, primo de Peloponnesibus, qui in Sicilia aduenerant, casu absoluto genitiui mentio iniiceretur, deinde de iis nominatiuus cum verbo finito coniungeretur. Triplex autem copula ante: ξυμμαχήσαντες — νικήσαντες — παραπλεύσαντες tunc indicaret: non solum — et — sed etiam. — In verbis: δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς ἀπέχει — sequor septem codicum lectionem: δύο ἡμερῶν. Ita etiam Thucydides lib. I, cap. 82: ἐτῶν δύο, et lib. III, c. 89: δύο νεῶν scripserat. — In verbis: οὐδὲ ὁ Νικίας ἐτι ὁμοίως ἠναντιοῦτο ἀλλ' ἢ μὴ φανερωῶς γε ἀξιῶν ψηφίσεσθαι — decem codices legunt: ἠναντιοῦτο ἄλλο εἰ μὴ φανερωῶς γε ἀξιῶν μὴ ψηφίσεσθαι. Particulam: εἰ male in his codicibus pro vera lectione: ἢ adhiberi, facile adparet. Sed reliqua tamen horum codicum verba non sunt reiicienda. Nam repetita negatio: μὴ Graecorum dicendi ratione vehementiorem inuoluit negationem. Ex his igitur libris h. l. legendum esse puto: ἠναντιοῦτο ἄλλο, ἢ μὴ φανερωῶς ἀξιῶν μὴ ψηφίσεσθαι. Illud: ἄλλο plenius tanquam accusatiuus Graecus exprimeretur: κατὰ ἄλλο. In verbis: οὐδ' ἂν διαβουλεύεσθαι ἐτι ἔφη, πρὶν, ἄς οἱ μάντις ἐξηγούντο, τοῖς ἐννέα ἡμέρας μείναι — admittenda est apta duodecim codicum et Scholiastae lectio: πρὶν, ἄς οἱ μάντις ἐξηγούντο.

Cap. 51. Αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κραισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ, μήτε τῷ πτεῖφ. Undecim codi-

ces omittunt articulum: ταῖς ante: ναυσί, quā etiam, quia plurium codicum consensus accessit, h. l. abesse potest. — In verbis: τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τεύχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον — duodecim codices legunt: τῇ μὲν προτέρᾳ πρὸς τὰ τεύχη —. Quam codicum lectionem praefero, quia res gestae prioris diei inter duos dies, qui proelio erant insignes, narrantur. Quare h. l. minus quadrat illud: προτεραία, pridie. Neque etiam illud: τῇ δ' ὑστεραία, quod sub initium cap. 52. legitur, ad reiiciendam huius loci lectionem: προτέρᾳ conferre potest. Nam Thucydides etiam: ὑστεραίῳ illa sensu, ut indicet: posterior, adhibet. Ut lib. VII, cap. 11, in verbis: μάχη τῇ μὲν πρώτη νικᾶται ὑφ' ἡμῶν. τῇ δ' ὑστεραία — ἀνεχωρήσαμεν.

Cap. 52. Καὶ ἐπεξαγόντα τῷ πλω πρὸς τὴν γῆν μάλλον νικήσαντες —. Decem codices legunt: καὶ ἐξάγοντα τῷ πλω. Duo adferunt: ἐξαγόντα, unde tandem lectio vulgata: ἐπεξαγόντα fluxisse videtur. Nam praefero hanc decem codicum lectionem, quia vulgata non bene cum illo: πρὸς τὴν γῆν coniungi potest. Cum Eurymedon classis cornu dextrum versus litus extenderet, non in litus impetum hostilem (quod simul indicaretur illo: ἐπεξαγόντα) erat factururus, sed cincturus hostium classem. Quare tantum extendisse (ἐξάγοντα) dextrum classis cornu versus litus dicitur. Quia vero antea scripserat Thucydides: ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρασ —, etiam in illa codicum lectione: ἐξάγοντα tempus praesens hanc quadrat.

Cap. 53. Καὶ αὐτοὺς οἱ Τυρσηνοὶ (οὗτοι γὰρ ἐφύλασσον τοῖς Ἀθηναίοις) ταύτη ὀρῶντες ἀτάκτως προσεφερομένοις —. Decem codices omittunt: ταύτη ante: ἱρῶντες. Sed Valla videtur illud: ταύτη in codice suo legisse, quia vertit: illic enim praesidio pro Atheniensibus stabant. Bauærus etiam illud: ταύτη esse necessarium et ad: ἐφύλασσον, non ad: ὀρῶντες referendum putat. Quia vero in nostro loco illud: ταύτη potest ἀπὸ κοινοῦ intelligi, (nisi enim illo loco in statione positi essent Hetrusci, certe non eos potuissent animadvertere,) mihi propter tot codicum consensum ex librarii interpretamento adhaesisse huic loco videtur. — In verbis: καὶ νικήσαντες ἐπέδωξαν καὶ ὀπλίτας τε πολλοὺς ἀπέκτειναν, καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς δῖωσαν — δυεῖν δευῖσας εἰκοσι, ὡς οἱ Συρακοῦν.

οιοι — ελαβον — plura sunt, quae emendatione indigeant. In duobus codicibus pro illo: *επεδιωξαν* legitur: *απεδιωξαν*, quod haud dubie nostro loco est aptissimum, et constat, particulas: *απ'* et: *επ'* a librariis saepenumero esse mutatas. Sicut lib. V, c. 49: *απενεγκειν* et: *επενεγκειν* erat permutatum. Porro undecim codices lectionem magis veram adferant: *οπλιτας τε ου πολλους* —, sicut etiam Valla legebat, cum verteret: *οπισις armatorum non ita multis* —. Cui codicum lectioni imprimis etiam ex illo Diodori Siculi testimonio, qui narrat: *απωλοντο δε των μεν Συρακουσιων ολιγοι*, magna auctoritas accedit. Denique verba: *δουιν* — *ελαβον* — Valla vertit: *Quarum duodeviginti cepere Syracusani ac socii*. Ex qua illius interpretatione saltem, Vallam non: *ας* ante: *οι Συρακούσιοι* legere, adparet. Profecto etiam nihil magis turbat illorum verborum coniunctionem, quam articuli: *ας* adiectio, quae facile ex tribus literis sequentibus: *οι Σ* — male repetitis et deinde correctis a librario male sedulo originem potuit repetere. Neque etiam verisimilitudine caret Hudsoni coniectura, Vallam in his simul verbis legisse: *δουιν δε δεουσας* —. Quae particula huic loco aptissima facillime a prima syllaba sequentis vocabuli: *δεουσας* intercipi potuit, et a Valla simul sub illo pronomine relativo: *quarum* indicabatur. Optime etiam huius particulae additamentum cum antecedenti: *τας μεν πολλας* conferri poterit. Ex his igitur, quae iam adnotauimus, ita optime codicum auctoritate et coniecturis huius loci lectio constituetur: *και νικήσαντες απεδιωξαν και οπλιτας τε ου πολλους απεικτειναν, και τας ναυς τας μεν πολλας διεσωσαν — δουιν δε δεουσας εικοσιν οι Συρακουσιοι — ελαβον* —. Ex verbis vero ultimis: *και παύσαντες την φλογα και το μη προσελθειν εγγυς την ολναδα, του κινδυνου απηλλάγησαν* — forte vera Thucydidis scriptura: *και τω μη προσελθειν* — est eruenda.

Cap. 55. *Γεγενημένης δε της νίκης — ήδη του ναυτικού* —. Decem codices legunt: *ήδη και του ναυτικού* —, quod bene quadrat, quia Syracusani etiam antea in pugna terrestri se victoriam deportasse gloriabantur. — In verbis: *πόλεσι γαρ ταύταις μόναίς ήδη ομοιοτρόπως επελθόντες* — *και ναυς και ιππους και μεγεθη έχουσας* — quindecim codices lectionem longe aptiorem: *ομοιοτρό-*

ποις ἐπιελθόντες — exhibent, quae haud dubie est admittenda atque etiam in Vallae libro occurrebat, quia vertit: *quae eisdem institutis — degerent*. Sed praeterea etiam decem adferunt: *καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις* — et pro illo: *καὶ μεγέθη* septem codices scribunt: *μεγέθει* —. Quia vero ad hanc lectionis varietatem vocabulum: *ἐχούσαις* non quadrat, amplector verissimam Dukeri conjecturam, ut: *ισχυούσαις* legendum sit. Nam si simul legimus: *μεγέθει*, facile adparebit, quomodo prima litera in: *ισχυούσαις* ab ultima antecedentis vocabuli: *μεγέθει* litera intercipi potuerit. Ceterum iam Dukerus adnotavit, illi decem codicum lectioni maiorem inesse verborum elegantiam. Est igitur verisimile, Thucydidem ita hunc locum scripsisse: *καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ μεγέθει ἰσχυούσαις*. — In verbis: *οὐτ' ἐκ παρασκευῆς, πολλῶν κρείσσους* — cum Schohiasta suppleo: *όντες* et commate post: *παρασκευῆς* sublato, haec verba de Atheniensibus intelligo, qui bellico adparatu et copiis non praestare Syracusanis potuerint. — In verbis ultimis: *τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν, καὶ, ἐπειδὴ γε ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾔοντο, πολλῶ δὴ μᾶλλον ἠθύμουν* — etiam varia, codicum auctoritate et ipsa narrationis serie ita postulante, sunt mutanda, ut potius legamus: *τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν καὶ ἐπειδὴ γε καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾔοντο, πολλῶ δὴ μᾶλλον ἔτε*. Ad verba: *πρὸ αὐτῶν*, quae octo libri adferunt, intelligendae sunt res infeliciter ab Atheniensibus gestae. Nam ante illam calamitatem ipsis immissam iam animo vtebantur dubio et anxio. In verbis: *ἐπειδὴ γε καὶ*, quae a novem codicibus ita leguntur, particula: *καὶ* indicat: *adeo*, quia re nautica Athenienses hactenus longe superiores fuerant. Lectio autem: *μᾶλλον ἔτε*, sine adiecto vocabulo: *ἠθύμουν*, novem quoque codicum auctoritate nititur, et facile illud: *ἠπόρουν* ex antecedentibus ad haec verba potest suppleri.

Cap. 56. *Οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοῦ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιούντο* —. Unus Paris. legit: *αὐτοῦ ἠσσηθῆναι*. Unus exhibet: *αὐτοὶ ἠσσηθῆναι*. Alius: *αὐτοὺς ἠσσηθῆναι*. Tres codices: *αὐτοὺς μὴ ἠσσηθῆναι*. Duo Paris.: *αὐτοῦ σωθῆναι*. Codices Cass. et August.: *αὐτοῦ ἠσσηθῆναι*. Mosqu.: *αὐτοὺς σωθῆναι*. Dukerus lectionem receptam: *τοῦ αὐτοῦ σωθῆναι* eo imprimis defendit, quia

sequatur: ἀλλ' ὅπως ἐκείνους καλύσωσι; ad quae verba illud: σωθῆναι etiam suppleri debeat. Sed ad: καλύσωσι ex antecedentibus etiam apte suppleri potest: ἐκπλεῖν, et verisimilius est, hoc vocabulum esse intelligendum, quia haec sententia, quam vulgata lectio ex Dukeri et Vallae interpretatione continet, nimis in uniuersum proposita ideoque ab hoc loco aliena esse videtur. Nam quoduis bellum de salute ciuium tuenda et illa hostium prohibenda geritur. Quare nulla causa satis idonea adparet, cur illam sententiam Thucydides, cum iam saepius Syracusani victoriam deperissent et fere ad incitatas redacti essent Athenienses, hoc potissimum loco proposuerit. Huc accedit etiam magna lectionum varietas, quae illud: αὐτοὶ a Dukero praelatum minus defendit atque etiam magis in lectione: ἠσοσηθῆναι, quam in altera: σωθῆναι, consentit. Puto igitur Thucydidem scripsisse: περὶ τοῦ αὐτοῦ ἠσοσηθῆναι μόνον —. Ad illud: αὐτοῦ iam ex antecedentibus intelligo: λιμνίος, ut horum verborum sensus existat: *Nam non solum de eo iam curam agebant, ut in illo portu superarentur Athenienses proelio nauali, sed ut illi etiam prohiberentur, quo minus clam ex portu discederent.* Certe hic sensus verborum totius, quae antecesserat, narrationi quam maxime conuenit atque plurimorum simul codicum vestigiis nititur. — In verbis ultimis: πλὴν γὰρ δὴ τοῦ ξυμπαντος λόγου τοῦ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ —, antequam Abreschii interpretationem legebam, qui illud: λόγου pro: συλλόγου positum esse arbitratur, iam conieceram legendum esse: τοῦ ξυμπαντος ξυλλόγου —. Nam illud: ξυλλόγου facile cum altero: λόγου librariorum incuria commutari potuit, quia vocabulum proximum: ξυμπαντος eadem syllaba incipiebat et in litera: σ, saepe cum: ξ commutata, desinebat. Certe Abreschius nonnullis scriptorum locis significationem: λόγος pro: ξύλλογος aut: ἀριθμὸς confirmare debuisset.

Cap. 57. Τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν, τοῖς δὲ ξυνδιασωσόντες ἐπὶ Συρακουσας ἐπολέμησαν —. Undecim libri legunt: ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν ἐλθόντες, quod Wassio non sine causa placet, quia illud: ἐλθόντες, tantum verbo: ξυγκτησόμενοι adiectum, simul Atheniensium et sociorum, qui Siciliam occupaturi erant, repentinum ex longinquo loco aduentum indicat. Nam tali sensu

participium: ἐλθὼν saepe verbis finitijs adiungi, satis constat. Porro Baueri coniectura, ut legatur: ἐπὶ Συρακούσαις ἐπολέμησαν, mihi quidem verisimillima esse videtur. Nam ita illud: ἐπὶ Συρακούσαις ad utrumque Atheniensium et Siculorum exercitum propter Syracusas bello occupatorum apte referri potest. In lectione recepta: ἐπὶ Συρακούσας simul inest ingrata repetitio, quia modo adfuerat: ἐπὶ Σικελίαν, et haud dubie his verbis inducti sunt librarii, ut postea etiam male legerent: ἐπὶ Συρακούσας. — In verbis: ὡς ἐκάστοις τῆς ξυντυχίας, ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκης ἔσχον — iam Dukerus mendum quoddam latere suspicabatur. Abreschius igitur coniecit, legendum esse: ἐκάστοις τὰ τῆς ξυντυχίας —, sed forte leniori emendatione vera huius loci lectio restituetur, si legimus: ἐκάστοις τὶ ξυντυχίας —. Nam litera: σ in fine: τῆς facile ex initio sequentis vocabuli: ξυντυχίας siue: συντυχίας adhaerere potuit. Praeterea iam admitenda erit quatuor librorum lectio: ἀνάγκη ἔσχεν. Aptissimus enim verborum sensus existet, si iam legimus: ὡς ἐκάστοις τὶ ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον (sc. ἦν) ἢ ἀνάγκη ἔσχεν, ut cuilibet casus quidam offerebatur, aut utile erat, aut rerum necessitas postulabat. Lectionem: ἀνάγκη ἔσχεν — etiam falsa lectio unius Paris.: ἀνάγκην ἔσχεν — et aliorum duorum: ἀνάγκη ἔσχενον — confirmant. — In verbis: καὶ ἀνάγκη, ὅμως Ἴωνες τε ἐπὶ Δωριέας ἠκολούθουν — particula: τε nihil habet, ad quod in antecedentibus siue in sequentibus apte referatur, quare olim scriptum fuisse coniecio: ὅμως Ἴωνες γε ἐπὶ Δωριέας, tamen Iones quidem contra Dorienses. — In verbis: ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν Ἀθηναῖοι — nouem codices legere iubent: ἐκράτουν οἱ Ἀθηναῖοι —, quod in loco, ubi plurima quidem nomina propria sine articulo posita reperiuntur, facile ad vim horum verborum augendam: quia maris imperium tenebant illi Athenienses — admitti potest. — Ita etiam in verbis: τοὺς μετὰ τῶν Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας — nouem codices articulum: τῶν omittunt ante: Κορινθίων, sicut in eodem capite antea legebatur: τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων —. Quare etiam horum nouem codicum auctoritatem sequor.

Cap. 58. Συρακουσίοις δὲ ἀντιβोधήθησαν καὶ Καμαρκηῖοι μὲν —. Particulam: καὶ ante: Καμαρκηῖοι, quae

h. l. est superflua, octo codices omiserunt. Etiam in Vallae libro ignorabatur, quia vertit: *Auxilio fuere Camarinenses, eorum finitimi.* — In verbis: οὔτοι δὲ καὶ μόνοι ἐξ αὐτοῦ ἐβοήθησαν — undecim codices mutato ordine legere iubent: οὔτοι δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ μόνοι ἐβοήθησαν —. In verbis: καὶ πρὸς ἅπαντας αὐθις, ὡς εἰπεῖν, τοὺς ἄλλους Συρακουσίους αὐτοὶ κλειῶ ἐπορίσαντο — omnes fere interpretes in eo consentiunt, vulgatam lectionem admitti non posse. Lectio emendata: Συρακούσιοι αὐτοὶ, quae in codice Reg. reperitur, et quae Dukero aliisque placet, etiam in Vallae interpretatione Latina est expressa: *Præ omnibus (ut sic dicam) aliis Syracusani ipsi plus copiarum praestiterunt.* Omnes tamen codices, qui iam collati sunt, legunt: Συρακούσιους —. Forte verba: ὡς εἰπεῖν, quae ab hoc loco etiam Bauerus aliena esse censet, ad vestigia verae lectionis indaganda conferre poterunt, si emendamus: Συρακουσίους αὐτοὶ κλειῶ ἐπορίσαντο. Ita etiam vere in uno Parisiensi: Συρακουσίους — legitur. Quam facile Συρακουσίους in falsam lectionem: Συρακουσίους mutari potuerit, non solum propter plures accusatiuos in hoc loco obuios, sed etiam propter adsiduam literarum: υ et: ι permutacionem, plane intelligitur. Inceperat autem hoc caput eum verbis: Συρακουσίους δὲ ἀντεβοήθησαν Καμυραῖοι, et iam deinceps populi enumerabantur, quorum auxilio nisi fuerint Syracusani. Ad illud igitur capituli initium nostro loco respicere videtur Thucydides: *Porro prae omnibus aliis plura Syracusanis, ut ita dicam, ipsi suppeditarunt* (sc. Syracusani). Haec igitur emendatio nobis rationem de additamento verborum: ὡς εἰπεῖν, quod cum illo Herodoti lib. VIII, 115: ὡς εἶπας, comparo, reddet, quia sane insolens, sed tamen simul faceta est dicendi ratio: Prae omnibus auxilium longe maius Syracusanis ipsi tulerunt Syracusani.

Cap. 59. Οἱ τε οὖν Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εὐκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσι εἶναι —. In quatuordecim codicibus desunt verba: καὶ οἱ ξύμμαχοι —. Non dubito, quin haec ab interprete antiquo, sicut etiam aliis locis fiebat, adscripta sint, cum facile sub illo: Συρακούσιοι etiam sociorum copiae cum iis coniunctae intelligi possint. Porro pro: καλὸν ἀγώνισμα tredecim codices legunt: καλὸν ἀγῶνα. Sed retinenda est le-

clio recepta: *ἀγώνισμα*, quia etiam alijs locis idem verbum simili ratione usurpatur, ut cap. 56: *καλὸν σφίσι* — τὸ *ἀγώνισμα* φανεῖσθαι, et cap. 86: *καλὸν τὸ ἀγώνισμα ἐνόμιζεν οἱ εἶναι*. Porro etiam Scholiastes h. l. legit: *ἀγώνισμα*. Syllaba denique ultima in vocabulo: *ἀγώνισμα* intercepta esse videtur a duplici consonante primae syllabae in vocabulo sequenti: *σφίσι*.

Cap. 60. *Ἐβουλεύσατο τὰ μὲν τεῖχη τὰ ἄνω ἐκλεπεῖν* —. Undecim codd. legunt: *τὰ μὲν τεῖχη τῶν ἄνω ἐκλεπεῖν* —. Quae lectio non est spernenda. Nam: *τὰ ἄνω* aperte dicitur de regionibus arduis et in loco editiori sitis, sicut lib. I, cap. 120: *τὰ κάτω* loca depressiora eaque maritima adpellantur. Nostro quidem loco: *τὰ τεῖχη τῶν ἄνω* — opponuntur illi: *πρὸς αὐταῖς ταῖς ναυσὶν* — *διατειχίσματα* —. In verbis: *παρεκελεύσατο τότε πρῶτον καὶ ἔλεξε τοιαύτε* — septem codices legunt: *παρεκελεύσατο τε πρῶτον* —, quod iure praetulit Dukerus, quia illud: *τότε* h. l. non aptum fundit sensum et facile ex ultima syllaba antecedentis vocabuli: *παρεκελεύσατο* male duplicata oriri potuit. Eodem modo cap. 65. coniunguntur: *παρεκελεύσαντο* — *καὶ ἔλεξαν τοιαύτε*.

Cap. 63. *Ἐς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι πολὺ πλείων μετείχετε* —. Omnes fere codices ignorant particulam: *μὴ* ante: *ἀδικεῖσθαι*. Mibi quidem ex interpretamento orta esse particula: *μὴ* videtur, quia facile ἀπὸ κοινοῦ in loco nostro intelligi potest. — In verbis: *ὥστε, κοινοῦ μόνου ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως ἐν αὐτῇ νῦν μὴ καταπροδίδοιτε* — non ferenda est lectio: *καταπροδίδοιτε*, cum imprimis plurimi codices lectionem meliorem: *μὴ καταπροδίδοτε* adferant. Ex hac vera lectione deinde lectio male recepta: *καταπροδίδοτε*, et ex hac alia nonnullorum codicum lectio: *καταπροδοίητε* est orta.

Cap. 64. *Τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πέλω αὐ καὶ ταύτε ὑπομνησάτω* —. Quindecim codices legunt: *ταύς τε Ἀθηναίους ἡμῶν* —, quod mihi quidem aptissimum videtur. Nam primo Athenienses simul cum socijs allocutus erat. Ut igitur se adnumeraret Athenarum ciuibus, pronomen: *ἡμῶν* posuit, sed simul verbum: *ὑπέλιπετε*. secunda persona adposuit, quia coniuncta Atheniensium et sociorum concione utriusque generis milites adloquebatur.

Cap. 65. *Παρηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβουλὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν* —. Lectio: *ἐπιβουλὴ* non a Thucydide profecta esse videtur. Nam sex libri cum Vallae libro et Scholiasta legunt: *ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν* — et ita etiam hoc Niciae artificium cap. 62: *χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ* — describebatur. Valla vertit: *de manibus ferreis, quas in ipsorum naues iniecturi essent*. Scholias-tes autem illud: *ἐπιβουλὴ* explicat vocabulo: *ἀντίληψις*, quae explicatio magis ad lectionem: *ἐπιβολὴ* illustrandam confert. Ita Thucyd. lib. II, c. 49. occurrit: *ἀκρωτηρίων ἀντίληψις, laesio extremarum membri partium, cum pestis corripere saltem extremas pudendorum, manuum et pedum partes.*

Cap. 67. *Ἡμῶν δὲ τό, τε ὑπάρχον πρότερον* — καὶ τῆς δοκίσεως προσγενομένης αὐτῶ — *διπλασία ἐκάστου ἡ ἐλπὶς*. Omnes fere codices atque etiam Vallae liber legunt: *ὑμῶν δὲ τό, τε ὑπάρχον* —. Nam Valla vertit: *At vobis — duplex adesse singulis spes debet*. Singularis quidem vis illi codicum lectioni inesse videtur. Ita enim non sola spes a Gylippe concepta, sed omnium simul Syracusanorum atque sociorum spes coniuncta indicatur. Porro etiam apta in hoc loco est duodecim codicum lectio: *τῆς δοκίσεως προσγενημένης αὐτῶ* —. Nam praeterito simul temporis praesentis notio, quae hic etiam requiritur, saepe inest. — Eandem lectionem illi quoque libri confirmant, qui male legunt: *προγεγενημένης* —. In verbis: *πολλοὶ δὲ ἀκοντισταὶ χειρσαῖοι, ὡς εἶπεν* — septem codices cum vi maiore legunt: *πολλοὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ* —, ut indicetur: *iaculatores adeo contigenti terrae adsueti.*

Cap. 69. *Ὅσα ἐν τῷ τοιοῦτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι οὐ — φηλαξάμενοι εἶποεν ἄν — ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ ἐκπλήξει ἀφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται* —. Plurimi codices legunt: *καιροῦ ὄντος ἄνθρωποι* —. Sed iure haec lectio, si eam cum recepta comparamus, improbatur. Forte Thucydides scripserat: *ἐν τῷ τοιοῦτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντως ἄνθρωποι* — *quae homines tertē dicerent*. — In verbis: *καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι* — novem codices lectionem: *τὸν παραλειφθέντα διέκπλουν* — tuentur, quae etiam ipsa Scholiastae explicatione: *παρὰλέλειπτο, ὥστε μὴ ἐξέχθαι*, confirmari videtur. Eodem quoque falsa lectio duorum codd.: *παρου-*

ληφθέντα — respexit. Quare tot codicum auctoritas non est negligenda.

Cap. 70. Ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι προαέμισον — Simul cum Dionysii Halicarnass. libro octo codices legunt: ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι —. Unus exhibet: ἐπειδὴ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι —. Duo scripserunt: ἐπειδὴ δὲ ἄλλοι οἱ Ἀθηναῖοι —. Cum igitur in plurimis libris adii-
ciatur: ἄλλοι, quod aperte illam Atheniensis exercitus partem respicit, quae ad pontem portus expugnandum emissa erat, haud dubie codicum illorum auctoritate legendum est: ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι —. In verbis: Καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλείσεις — Dionysius Halicarnass., ubi hunc Thucydidis locum laudat, et quatuor codices recte legunt: τὰς κλείσεις —, quod etiam h. l. Gottleberi iudicio est admittendum, sicut iam adnotauerat ad lib. II, c. 17, quia nondum aetate Thucydidis ille Ionismus inter Atticos erat receptus. Ceterum Thucydidis lectorem latere non potest, in eius codicibus maximam scripturae varietatem, ut innumeris locis illud: εἰ et: η̄ inter se, inprimis in fine nominum priorum, permutentur, deprehendi. Propter talem codicum inconstantiam saltem illa scribendi ratio, quam uno loco certa codicum auctoritate secuti sumus, etiam alio loco, si vel codices minus addixerint, est retinenda. Cum igitur supra lib. II, cap. 96, iam editum sit: κλειμένων τε κλείσει —, haud dubie etiam nostro loco retinendum est: τὰς κλείσεις. Eodem modo etiam recte editum erat cap. 60: ἀποκλείσειν ὁρῶσι —, quamvis codices plures legerint: ἀπόκλησιν. — Major vero codicum consensus cap. 59. lectionem veram: ἐκλειον — et lib. II, c. 17, lectionem: αλειστον confirmavit, — In verbis: αἱ μὲν ἐμβολαὶ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διεκπλους, ἀλίγαι ἐγίνοντο — omnes fere codices atque etiam Dionysii Halicarn. libri legere iubent: αἱ μὲν ἐκβολαὶ —. Quam vero lectionem neque Dukerus neque alii interpretes esse admittendam censent. Certum est, librarios innumeris locis literas: κ et: μ permutare. Sed h. l. tamen pluribus de causis lectionem codicum esse admittendam censeo. Nam si: ἐμβολαὶ h. l. indicaret: ἰπικωσις, sicut vere explicat Bauerus, Thucydidis narratio, de hoc proelio prolata, non careret repugnantia, quia statim in sequentibus adii-
citur: τὰ μὲν ἄλλοις ἐμβεβλημένοι, τὰ δὲ αὐτοῦς ἐμβεβλη-

ᾤσαι —, quod aperte de multiplici impetu in naues factō est explicandum. Praeterea etiam verba: *διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διεκπλῶδες*, quae huic lectioni adiecta sunt, magis ad defendendam codicum lectionem: *ἐκβολαὶ* conducunt. * Nam impetus in naues multo facilius fieri potuisset, quia neque e loco suo recedere neque e portu euadere poterant. Quare potius de nauium egressione h. l. agitur, quae, cum neque recedere neque in altum per portus ostium euehi possent, raro ex portu euadebant. Cum ipso denique Atheniensium consilio, quod eos ad incedendum hoc proelium nauale impulit, haec lectio: *ἐκβολαὶ* optime conuenit, quia hoc imprimis spectabant, ut ex Syracusarum portu aufugerent. Etiam Valla lectionem: *ἐκβολαὶ* in libro suo inuenit et apte haec verba vertit: *Rari excursus fiebant, nulla facultate aut retrocedendi aut excedendi.* — In verbis: *ἀπὸ πολλῶν τῶν νεῶν ἑμπιπτουσῶν* — articulus: *τῶν* in duodecim codicibus atque etiam in antiquis Dionysii Halicarnass. editionibus aberat, qui certe ad huius loci elegantiam parum confert.

Cap. 71. *Καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον καὶ τὴν ἐπιπνὴν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν* —. Bauerus putat vocabulum: *ἀνώμαλον*, quod bis positum fuerit, semel in hoc loco excidisse. Ad eandem Baueri sententiam magis confirmandam etiam Vallae interpretatio: *et propter inaequalitatem loci etiam inaequaliter proelium ex terra spectare cogebantur* — confert. Sed non opus est emendatione aut vocabuli repetiti: *ἀνώμαλον* additamento, quia *ἀπὸ κοινού* illud vocabulum: *ἀνώμαλον* ex antecedenti etiam ad illud: *ἐπιπνὴν* intelligi potest. Quae quidem interpretandi ratio magis mihi placet, quam si illud: *διὰ τὸ* pro: *διὰ τοῦτο* positum esse censent interpretes. — In verbis: *ὀλοφυρμός, βοή, νικῶντες, κραυγῆται, ἄλλα, ὄσα* — *στρατόπεδον* — *ἀναγκάζοντο φθῆγγεσθαι* — Valla vertit ultima verba: *et alia, quaecumque in magno discrimine exercitus plurifariam edere cogitur.* Valla igitur in libro suo legisse videtur: *ἄλλα τε ὄσα* —. Quae quidem aptissima est lectio, et optime tunc quoque verba antecedentia: *ἦντε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι* — cum illa lectione conueniunt, quia alias illud: *τε* in: *ἦντε* — nihil haberet, ad quod apte referri posset, — In iisdem vero verbis: *ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι* — octo

quidem codices atque etiam Dionysius Halicarnass., ubi hunc Thucydidis locum laudat, omiserunt vocabulum: *αὐτῶν*. Cum vero h. l. sit aptum et ad antecedentia simul, quae etiam de Atheniensibus narrabantur, respiciat, cumque praeterea idem verbum Valla in libro suo legerit, vertens: *licebatque in eodem Atheniensium exercitu* —, nondum eiciendam esse censeo voculam: *αὐτῶν*. — In verbis: *ἄλλοι δὲ οἱ πλείστοι ἤδη περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ, ὅπη σωθήσονται, διασκοποῦν* — cum Dionysio Halicarnass. adhuc undecim codices legunt: *ἄλλοι δὲ καὶ οἱ πλείστοι* —. Quod admittendum puto, quia maiorem haec copula toti narrationi perspicuitatem adiungit. Etiam Valla videtur sub pronomine relativo: *qui* in verbis: *alii, quae maxima portio erat, iam pro se ipsis* — hanc copulam indicare. Eodem quoque alius codex respicit, qui male legit: *ἄλλοι δὲ οἱ καὶ πλείστοι* —. In verbis ultimis: *διαφθαρεσῶν γὰρ τῶν νεῶν ταῖς Λακεδαιμονίοις προσπαύλλοντο αὐταῖς καὶ αἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες* — legunt cum Dionysio Halicarnass. adhuc quatuor codices: *προσπαύλλοντο αὐτοῖς καὶ οἱ ἐν* —. Quam lectionem etiam Scholiastae interpretatio tueritur in verbis: *οἱ διαβεβηκότες αὐτοῖς προσπαύλλοντο*. Valla quoque, quamvis male verterit hanc locum, tamen sua saltem interpretatione, non in suo libro illud: *αὐταῖς* adfuisse, indicat. Nam eius verba sunt: *ubi Lacedaemoniū amisea classe perierunt et illi insulam transgressi* —. Veram puto esse codicum lectionem: *αὐτοῖς*. Nam est ille dativus, qui saepe a Thucydidē adhiberi solet et adeo, cum commodum vel incommodum quoddam indicet, interdum abundare videtur. Conferantur exempla a Dukero ad lib. VII., cap. 19 et cap. 39. adlata.

Cap. 72. *Καὶ ἐνχηροῦντος Νικίου τῇ γνώμῃ καὶ βουλομένων πληροῦν αὐτάς, οἱ ναῦται οὐκ ἤθελον ἐσβαίνειν* —. Decem codices legunt: *πληροῦν αὐτῶν* —. Alii quatuor legunt: *πληροῦν αὐτῶν* —. Apparet, vulgatam lectionem: *αὐτάς* — codicum auctoritate destitui. Puto igitur, commate post: *πληροῦν* posito, legendum esse: *καὶ βουλομένων πληροῦν, αὐτῶν οἱ ναῦται οὐκ ἤθελον* —. Nam ad: *πληροῦν*, quia in antecedentibus scriptor egerat de reliquis Atheniensium et Syracusanorum navibus, facile intelligitur: *τὰς ναῦς*. Quare iam illud: *αὐτῶν* ad Niciam et Demosthenem refero, qui tanquam exercitus duces his

etiam nautis praeerant: *Et cum iam militibus naues implere vellent, ipsorum nautae noluerunt.*

Cap. 75. *Εἰ τοσαύτη στρατιᾷ, κατὰ γῆν ἀποχωρήσασα — βουλήσεται αὐθις σφίσι τὸν πόλεμον ποιῆσθαι* — Octo codices lectionem aptissimam et longe praeferendam: *κατὰ γῆν ὑποχωρήσασα* — adferunt. Nam noctu clama castra moturi erant Athenienses. — In verbis: *ἐξηγεῖται, ἔλθων, τοῖς ἐν τέλει οὖσιν, ὡς οὐ χρεῶν, ἀποχωρήσαι τῆς νυκτὸς αὐτοῦς, περιθεῖν*, (λέγων ταῦτα, ἃ καὶ αὐτῷ ἔδοκει) — undecim codices legunt: *ἐσηγεῖται, ἔλθων* — Quam lectionem iam Dukerus iure praeferendam esse censuit, quia hoc vocabulum de hominibus consilia dantibus est sollemne. Praeteres etiam sex codices, addita copula: *καὶ*, scribunt: *λέγων ταῦτα καὶ ἃ καὶ αὐτῷ ἔδοκει* — Idem etiam Valla haud dubie in libro suo reperit, quia vertebat: *commemorans haec et alia, quae ipsi videbantur.* Mihi quidem persuasam est, ita etiam Thucydidem scripsisse. Nam sub illo: *καὶ ἃ* — intelligit haud dubie Hermocratis consilium, quod adhuc suae admonitioni de obstruendis viarum angustiis adiecerit. Abreschius quidem coniecit, legendum esse: *καὶ ἅμα ἃ καὶ αὐτῷ* — Sed illud: *ἅμα* non est sine libris adiciendum, quia iam in altero illo: *καὶ* ante: *αὐτῷ* simul latere videtur. — In verbis: *ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς Ἡράκλεια ταύτην τὴν ἡμέραν θυσιά οὖσα* — decem codices legere iubent: *Ἡρακλεῖ ταύτην τὴν ἡμέραν θυσία οὖσα* — Quae haud dubie est vera lectio. Ita saepe apud Graecos scriptores occurrit dictio: *θυσίαν τινὶ θεῷ ποιεῖν*. Verisimile est, etiam Vallam in suo codice legisse: *Ἡρακλεῖ*, quia vertit: *instabant enim eo die sacrificia Herculis.* — In verbis: *καὶ οὖν ἐπειθεν αὐτοῦς ὁ Ἐρμοκράτης* — tredecim codices magis Atticorum more legunt: *καὶ οὐκέτι ἐπειθεν αὐτοῦς* — Ita iam Iac. Perizonius in suis ad Aeliani Var. Hist. lib. VI, c. 6, notis observavit, abundare interdum particulam: *ἐτι* in Atticis scriptoribus, sed semper tamen intendere orationem et ea de causa saepe addi negationibus. Hoc loco igitur indicabit: *et cum plane non iis persuaderet.* — Denique in verbis: *οἱ προσελάσαντες, ἐξ ὅσου τις ἐμελλεν ἀκούσεσθαι* — orationi contextae lectio omnium fere codicum: *οἱ προσελάσαντες, ἐξ ὅσου τις* — magis conuenit. Nam antecesserat: *πέμπει τῶν ἑταρῶν τινὰς τῶν ἑαυτοῦ μετὰ ἵππων* — Etiam Valla in libro suo

ita legit vórtens: qui eo usque praeuecti, unde quis exaudiri posset.

Cap. 74. Ἐδοξεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν περιμεῖναι — καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα καταλιπεῖν, ἀναλαβόντας δὲ αὐτὰ — ἀφορμᾶσθαι —. Decem codices legunt: ἀναλαβόντες δὲ αὐτὰ —. Verisimile est, ab ipso Thucydide profectam esse hanc codicum lectionem. Consueta dicendi ratione scribi debuisset: ἀναλαβοῦσι, ut ad antecedens: ἔδοξεν αὐτοῖς referatur. Sed talis enallage casuum in Thucydide non raro occurrit, sicut iam cap. 50. Dukeri auctbritate animaduertebam. Cum vero illud: ἔδοξεν αὐτοῖς non aliam, quam vocabulum: ἰδόκουν, sententiam complectatur, apte etiam post longiorum parenthesis cum hoc verbo finito ἀναλαβόντες ἀφορμᾶσθαι coniungi poterit, quia subiectum, quod illi: ἀναλαβόντες inest, simul ad verbum finitum: ἰδόκουν intelligitur. Similem verborum constructionem infra cap. 80. reperimus: τῷ Νικίᾳ καὶ Δημοσθένει ἰδοῦκει — πρὸς κἀναστατες ὡς πλείστα ἀπαρτεν τὴν στρατίαν.

Cap. 75. Ἐδοῦκει τῷ Νικίᾳ καὶ τῷ Δημοσθένει ἰκανῶς παρασκευάσασθαι —. Magis veram esse puto nonem codicum lectionem: ἰκανῶς παρασκευάσθαι. Nam si vera esset lectio recepta, potius nominatiui Νικίας καὶ Δημοσθένους essent positi. Illam codicum lectionem quoque duo libri falsa lectione: παρασκευάσθαι confirmant. — In verbis: εἰ τῷ δὲ προλείπει ἢ ῥωμῇ καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ἀπολειπόμενοι — particulam: οὐκ ante: ὀλίγων excidisse puto, ut legendum sit: οὐκ ἄνευ οὐκ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν —. Facile enim fieri poterat, ut altero loco particula: οὐκ bis posita omitteretur, cum una tantum vocula: ἄνευ utramque particulam: οὐκ separaret. Solent autem Graeci, ut maiorem vim suis adiiciant verbis, interdum plures cumulare negationes. Ut lib. VII, c. 87: καὶ οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν καταπαθήσαντες — καὶ οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἀπώλετο. Illud: ὀλίγον οὐδὲν, pro: *magnum*, etiam infra occurrit in lib. VIII, c. 15, in verbis: ὀλίγον οὐδὲν ἐπράσσετε ἐς τὴν βοήθειαν.

Cap. 77. Μη καταπεπλήχθε ἄραν· λογίσεσθε δὲ, ὅτε αὐτοὶ τε πόλις εὐθύς ἔσται, ὅποι ἂν καθέλωσθε, καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς τῶν ἐν Σικελίᾳ οὔτ' ἂν ἐπιόντας δεῖξαιτο φραδίως, οὐδ' ἂν ἰδρυθέντας πονέξαινασθήσειε. Iam Dukerus aliique adnotarunt, Grammaticae regulas postulare, ut mutato

accentu scribatur: *καταπέπληχθε*. Sed idem scripturae mendum adhuc in editionibus recentissimis deprehenditur. Porro duodecim codices legunt: *ὅποι ἂν καθέζησθε* — et alii quinque libri: *καθίζησθε* —. Veram igitur huius loci lectionem esse puta: *καθέζησθε*, *ubicunque consederitis*. Nam optativi: *δέξαιτο* — *ἐξανασησείε* — cum horum verborum constructione non cohaerent et longe alio sensu de eo, quod fieri possit, adhibentur. — Denique pro illo: *οὐδ' ἂν ἰδρυθέντας* — cum undecim libris legendum est: *οὐτ' ἂν ἰδρυθέντας* —. Nam antecesserat: *οὐτ' ἂν ἐπιόντας* —. In verbis: *τοῦτο δὲ πατρίδα καὶ τείχος κρατήσας ἔβω* — longe aptius in duodecim libris legitur: *τοῦτο καὶ πατρίδα καὶ τείχος* —. Quare illud: *δὲ h. l. a Dukero vitium editionis Hudsonianae habetur*. — In verbis autem: *εἰς βέβαιαι εἰσι, ἤδη νομίζετε ἐν τῷ ἐχυρῷ εἶναι* — legendum est multorum codicum consensu: *βέβαιαι εἰσὶν*. Porro, quamvis omnes fere codices legant: *ἐν τῷ ὀχυρῷ εἶναι* —, tamen cum Wassio nihil mutandum esse censeo, quia lectio recepta est aptissima, cum Niciae sententia Athenienses non in munio, sed in tuto loco essent versaturi, et quia librarii saepenumero vocabula: *ἐχυρὸς* et: *ὀχυρὸς* permutarunt. Conf. Interpretes ad Thucyd. lib. I, cap. 35. Etiam Scholiastes adhuc lectionem: *ἐν τῷ ἐχυρῷ* defendit.

Cap. 78. *Τὸ δὲ ἐχούρι ἐν πλασίῳ τεταγμένον τοῦ Νικίου, ἐπεπόμενον δὲ τῷ Δημοσθένους* —. Varia dubitatio de vera lectione in hoc loco mihi est orta. Primum, non facile procedere potest exercitus agmen (*ἐν πλασίῳ*) forma quadrata dispositum, cum magis ipso proelii tempore acie formae quadratae singulari artificio adhibeatur. Qualem aciei formam etiam Thucydides lib. VI, cap. 67, laudauerat. Porro, si vera esset lectio recepta, cur non etiam agminis forma laudatur, qua copiae, quibus Demosthenes praecerat, procedebant? Nam non verisimile est, etiam Demosthenis milites forma quadrata dispositos excepisse Niciae agmen, quia tunc multo magis tot milites agmine formae quadratae procedentes in itinere impediti fuissent. Denique duodecim codices, qui legunt: *ἐν διπλασίῳ τεταγμένον* —, longe aliam huius loci interpretationem, quam ipsa oratio contexta adiuvat, postulare videntur. Nam si hanc codicum lectionem ad-

mittimus, et pro illo: τοῦ Νικίου simul quatuor codicum auctoritate emendamus: τὸ Νικίου, longe alius horum verborum sensus existit. Verba sic emendata: τὸ δὲ ἐχώρει ἐν δεπλασίῳ τεταγμένον, τὸ Νικίου, ἐφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους — aperte indicant, exercitum in duo agmina diversa diuisum processisse, quorum prius, quod antecederet, Nicias, posterius vero Demosthenes ducebat. — In verbis ultimis: οὐ γὰρ εἶμι ἀποχωρεῖν οἷόν τ' ἦν ἀπὸ τῶν ἰππέων — cum Dukero sequor decem codicum lectionem: ὑπὸ τῶν ἰππέων, ab equitibus vexati non amplius discedere poterant. Sensus minus aptum fundit lectio recepta: ἀπὸ τῶν ἰππέων.

Cap. 81. Τὸ δὲ Νικίου στρατεύμα ἐπιτίχεν ἐν τῷ πρόσθεν ἑκατὸν καὶ πενήκοντα σταδίων — Narratur quidem capite antecedenti, Demosthenem cum dimidia fere copiarum parte nimis distractum fuisse a Nicia. Neque facile tamen una illa nocte, qua castra mouere coeperunt, tanto statim interuallo a se inuicem separari poterant, ut iam sequenti die centum et quinquaginta stadiorum spatio Nicias antecessisset. Quare memoratu digni sunt sex codices, qui vocabulum: ἑκατὸν omiserunt. Nam nimium quantum iam Demosthenes in itinere unius noctis moratus esse videbatur, cum iam quinquaginta stadiorum spatio Nicias cum eodem una ex castris profectus distaret. Quod iam Thucydides copula: καὶ indicare voluit: Niciae exercitus quinquaginta adeo stadiis iam praecesserat. Sed eadem copula: καὶ forte lectioni falsae: ἑκατὸν adiiciendae librariis dedit occasionem, quia numerum quendam ante: καὶ debere putabant. — In verbis: δὲ τὸ ὑστερῶν ἀναχωροῦντι αὐτῷ ἐπιπέσθαι τοὺς πολεμικοὺς — nonem codices legere iubent: αὐτῷ πρῶτῳ ἐπιπέσθαι —, Quae quidem lectio elegantia et subtilitate Thucydidis est digna. Etiam Valla ita legebat. Nam vertit: quia postorius digressus prior ab hostibus irgeretur. — In verbis: ἐβάλλοντό τε περιστάδων — forte Thucydides scripserat: ἐβάλλοντό γ' ἐπεριστάδων —. Nam copula: τε h. l. sensu apto destituitur, neque quidquam habet, ad quod referatur.

Cap. 82. Καὶ τούτους μὲν εὐθύς ἀπεκόμισαν ἐς τὴν πόλιν — Tredecim codices scripserunt: εὐθύς ἀπεκόμισον ἐς τὴν πόλιν —. Quam lectionem, quae temporis modo praeterentis significationem inuoluit, apte ad

sequentia referri puto, ubi Niciam sub idem fere tempus castra in colle quodam posuisse narratur; id; quod iam particulae: *μέν* et: *δέ*, ad se inuicem relatae, indicant. — In verbis: *διαβάς, πρὸς μετέωρόν τι ἐκάθισε τὴν στρατιάν* — nouem codices legunt: *καθεῖσε τὴν στρατιάν* — Dukerus iam iudicauit, non ab imperito librario hanc lectionem oriri potuisse. Illud: *καθεῖσθαι*, cuius actium h. l. legitur, saepe Thucydides adhibuit, ut lib. I, cap. 126. lib. VII, cap. 77. Cum vero etiam verba Homerica interdum Thucydides frequentet, certe memoratu digna manet haec codicum lectio. Ad eandem lectionem: *καθεῖσε* confirmandam quoque confert falsa unius codicis lectio: *καθησαι*.

Cap. 83. *Εἶγον δὲ καὶ οὗτοι πονήρως, σίτου τε καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἀπορία* —. Omnes fere codices omittunt: *ἄλλων* ante illud: *ἐπιτηδείων*. Si vel desit haec uocula, tamen a legentibus *ἀπὸ κοινοῦ* suppleri poterit. Quare h. l. interpretamento originem debere videtur.

Cap. 84. *Πᾶς τε τις διαβῆναι πρῶτος βουλόμενος* —. Quindecim codices legunt: *διαβῆναι αὐτός πρῶτος βουλόμενος* —. Lectionis illius elegantiam, qua studium traiciendi ultro enatum indicatur, iam Wassius commendauit.

Cap. 85. *Ὁ Νεμίας Γυλίππῳ ἐαντὸν παραδίδωσι* —. Articulus: *ὁ* abest a duodecim codicibus. Sed retinendus est et vi singulari subiectum enunciationis prolatae exprimit, sicut paullo post apte legitur: *καὶ ὁ Γυλίππος — ἤδη ἐκέλευε* —. Articulus: *ὁ* facile intercipi h. l. potuit ab ultima antecedentis uocabuli: *ἐππέων* similiter desinentis syllaba. — In verbis: *καὶ ὁ Γυλίππος μετὰ τοῦτο ζωρεῖν ἤδη ἐκέλευε καὶ τοὺς τε λοιποὺς — ξυνεκόμισαν ζῶντας* — decem codices exhibent: *ξυγκόμισας ζῶντας* — et unus liber habet: *ξυγκόμισαν*. Quae lectio tot librorum eo inprimis commendatur, ut participio allato minuat uerborum finitorum, quibus hic scriptoris locus abundat, copiam. Sed hac lectione admissa etiam colon post: *ἐκέλευε* est tollendum, ut uerba: *καὶ τοὺς τε λοιποὺς*, etiam *reliquos*, cum antecedenti: *ζωρεῖν* apte coniungantur. — In verbis: *καὶ κατεπλήσθη πᾶσα Σικελία αὐτῶν* — sexdecim codices atque etiam Scholiastes scribunt: *καὶ διεπλήσθη πᾶσα* —. Quia haec lectio apte distributionem captiuorum in variis Siciliae locis

indicat; haud dubie est receptae lectioni longe praeferenda: Nam illud: *κατεπλήσθη* multitudinem et copiam captiuorum in tota Sicilia indicaret, quod de septem millium numero, qui Thucydidis et Diodori Siculi testimonio viui sunt capti, non bene ad tantae amplitudinis insulam, quae nondum tota impleri septem millium multitudinem poterat, adcommodatur. — In verbis denique: *καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις προσβολαῖς ταῖς κατὰ τὴν πορείαν συγχαῖς γενομέναις* — nouem codices omiserunt vocabulum: *προσβολαῖς*, quo non facile in hoc loco carere possumus. Puto igitur, librariorum iniuria excidisse hoc vocabulum, quia quatuor verba deinceps sequuntur, quorum ultimae syllabae in: *αις* desinunt.

Cap. 86. *Ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τὴν τήρησιν* — Nouem codices omittunt: *τὴν* ante vocabulum: *τήρησιν*, et quia etiam Scholiastes illud: *τὴν* ignorat, horum codicum auctoritatem non esse reiiciendam censeo. — In verbis: *καὶ ὁ μὲν τοιαύτη, ἢ ὀκνηγυτάτω τούτων, αἰτία ἐτεθνήκει* — non verisimile est, Thucydidem h. l. scripsisse, Niciam tali de causa, qualem ante duplicem commemorauerat, aut ea, quae huic duplici causae proxima esset, periisse. Nam nihil diceret hac distinguendi ratione. Si scripsisset: *ταύτη*, non autem: *τοιαύτη*, ut codices exhibent, talis distinctio certe locum haberet. Cum igitur codicum auctoritate illud: *τοιαύτη* sit retinendum, non credo: *ἢ*, sed: *ἢ* esse scriptum a Thucydide, ut iam talis horum verborum sensus existat: *Ille igitur tali de causa, quae his (antea commemoratis duabus causis) est proxima et simillima, periit.* Praeterea septem codices legunt: *ἐγγύτατα*, quod, ut iam Dukerns adnotauit, in Thucydide est magis usitatum ideoque praeferendum lectioni vulgatae. Magis emendata igitur huius loci lectio erit: *καὶ ὁ μὲν τοιαύτη, ἢ ὅτι ἐγγύτατα τούτων, αἰτία ἐτεθνήκει.* Lectio unius cod. Paris.: *ὅτι ἐγγυτάτη* —, quae haud dubie ex vera lectione: *ἐγγύτατα* fluxit, non est praeferenda. Nam dicendi consuetudo, qua verbo substantiuo aduerbia adiungi solent, lectionem: *ἐγγύτατα* — inprimis defendit. — In verbis ultimis: *διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδεωσιν* — primo quaeritur, quid indicet: *ἐπιτήδεωσις*. Occurrit idem vocabulum lib. II, c. 36, in verbis: *ἀπὸ δὲ οἷας ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ* —, ubi illud: *ἐπιτη-*

δυσίας Scholiastes explicat: *πραξίας*. Si igitur contextam orationem illius loci respicimus, hoc vocabulo haud dubie: *agendi ratio et mores hominum* indicantur. In nostro autem loco simul magna lectionis varietas deprehenditur, quae quidem non hoc vocabulum, sed verba cum eo coniuncta respicit. Nam sex codices omittunt verba: *ἐς τὸ θεῖον* —, quibuscum non solum Scholiastes et margo Cass. codicis consentiunt, sed illi etiam libri, qui loco verborum: *ἐς τὸ θεῖον* — alio additamto: *ἐς ἀρετὴν* — utuntur. Nam quatuor Paris. cum duobus aliis libris etiam his verbis omissis legunt: *διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν*. Quibuscum quoque Vallae liber consentit. Nam hunc locum vertit: *ob studium virtutis, quod omne in illam conferebat*. In illa igitur lectionum varietate sola haec verba: *διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν* intacta manserunt et omnium codicum consensu comprobantur. Non sine causa puto, haec sola verba esse a Thucydide scripta, reliquam vero lectionis varietatem ex diuerso ortam esse librariorum interpretamento. Meam quidem sententiam margo codicis Cass. confirmat, ubi adicitur; *γρ. διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν*. Verba autem: *διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν* aperte indicant: *propter vitae rationem legibus convenientem et omnium adhaerenti comprobata*. Iam vero ex capite 76, ubi Nicias de sua vitae ratione adfirmat: *πολλὰ μὲν ἐς θεοῦ νόημα δεδίκηται*, nonnulli interpretes ad huius loci explicationem adiecerunt: *ἐς τὸ θεῖον* —, et verba in Vallae libro ab hisque codicibus adiecta: *διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν* — haud dubie ex Scholiastae verbis ad hunc locum explicandum prolatis: *διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν, διὰ τὸ πᾶσαν ἀρετὴν νομίμως ἐπιτετηδευμένα* — originem traxerunt.

Cap. 87. "Ὅσα εἰκὸς ἐν τῷ τοιαύτῳ χωρίῳ ἐμπεπαισθησας κακοπαθήσας —. Octo codices omittere iubent articulum: *τῷ* ante: *τοιαύτῳ* —. Etiam in fine capituli, ubi legitur: *ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν Σικελίαν γέννησις* —, articulum: *τὴν* ignorant octo codices, quo facile in hoc loco carere possumus.

LIBRI VIII. cap. 5. "Ὅταν οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ ἀρχομένων ἐν τῇ κατασκευῇ τοῦ πολέμου —. Nouem codices omittunt: *τῇ* ante: *κατασκευῇ* —, et quia etiam Scholia-

stes illud: τῆ ἰgnorat, non amplius retinendum esse videtur. — In verbis: μεταπέμπεται ἐκ Λακεδαιμονος Ἀλκαμένην — sex codices legunt: Ἀλκαμένη, et quia etiam in sequentibus eadem codicum lectio repetitur, est retinenda. — In verbis, quae iam sequuntur: ἄρχοντας, ὡς ἐς τὴν Εὐβοίαν — quinque codices omittunt: ὡς, alii quinque omittunt: ἐς. Vera igitur lectio esse videtur, si omisso: ὡς scribimus: ἄρχοντας ἐς τὴν Εὐβοίαν —. Nam librarii perpetuo particulas: ὡς et ἐς inter se permutant. Quare etiam interdum utraque particula: ὡς et: ἐς adscripta est codicibus. Cuius permutationis exempla suppeditant variae lectiones lib. IV, c. 100, lib. VI, c. 71 et c. 75. — In verbis: Ἀλκαμένη τε ἀρμοστήν διδούς — iam Dukerus iure censuit legendum esse: Ἀλκαμένη τε ἀρμοστήν —, sicut etiam octo codices scribere iubent. Alii quatuor, qui exhibent: Ἀλκαμένην, eandem priorum codicum lectionem magis confirmant. Ita quoque accusativum: Ἀλκαμένη adfert Scholiastes in nota ad Thucyd. lib. II, cap. 37. Quare etiam lib. VIII, cap. 8 et cap. 10, ubi adhuc sine lectionis varietate editum est: Ἀλκαμένην, restituenda esse videtur vera lectio: Ἀλκαμένη, cum in primis cap. 11. iterum dativus: Ἀλκαμένῳ occurrat.

Cap. 6. Παρὰ Φαρναβάζου τῷ Φαρναβάκου κατοικοῦντες —. Dukerus cum aliis iam recte emendari iussit: τῷ Φαρνάκου κατοικοῦντες —, quam lectionem quoque quinque codicum consensus magis confirmat. Idem nomen Valla quoque in libro suo inuenit. Nam vertit: a Pharnabaso Pharnaci filio. — In verbis: τὰς τε ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ πόλεις ἀποστήσει — parum quidem interest, utrum: αὐτοῦ, an: ἐαυτοῦ legatur, octo tamen codicum auctoritas magis suadet lectionem: ἐν τῇ ἐκ τῶν ἀρχῶν —. In verbis: ἀπ' ἐαυτοῦ βασιλεῖ τὴν συμμάχων τῶν Λακεδαιμονίων διὰ ταχέων ποιήσει — plures codd. atque etiam Vallae liber omittunt verba: διὰ ταχέων. Valla vertit: et inter regem suum et Lacedaemonios contrahere societatem. In alio codice legitur: διὰ τὰ τῶν Χίων —, in uno tantum: τὰ τῶν Χίων —. Ex horum quidem codicum vestigiis mihi adparere videtur, verba: διὰ ταχέων non a Thucyde profecta, sed ex interpretamento nata esse. Cum enim in margine legeretur: τὰ τῶν Χίων, sine: διὰ τὰ Χίων, sic: διὰ τὰ τῶν Χίων, (qua nota

haud dubie interpres quidam ad ea respici iubebat, quae in antecedenti capite de Chiis narrantur) inde noua lectio: *διὰ ταχέων* nata est, quae deinde inter ipsa scriptoris verba recipiebatur. — In verbis: *ὅπως — πρότερον ναῦς καὶ στρατιὰν πείσωσι πέμπειν* — cum Abreschio ex octo codicibus scribendum esse puto: *πείσουσι πέμπειν* —, sicut Atticorum consuetudini est accommodatum. — In verbis: *πρὸς τὴν λεγομένην δόξαν ἀπαγγέλλαντος αὐτοῖς* — illud: *ἀπαγγέλλαντος* ab antecedentibus, quibuscum non amplius cohaeret, puncto est distinguendum. Punctum contra est tollendum huius libri cap. 16, post verba: *ἐκ δὲ τῆς Χίου ἐς τὴν Τέων*, sicut iam Portus, Dukerus aliique censuerunt; quia haec verba cum sequentibus arcte cohaerent. — Denique in verbis: *τὸ μὲν πρῶτον δέκα τούτων αὐτοῖς ἐμελλον πέμπειν* nouem codices suadent lectionem: *αὐτοὶ ἐμελλον πέμπειν*, pro illo: *αὐτοῖς*, quod modo antecesserat in verbis: *ἐψηφίσαντο αὐτοῖς πέμπειν* — et mox sequitur in verbis: *ὅς αὐτοῖς ναύαρχος ἦν*. Facile igitur intelligitur, unde falsa lectio: *αὐτοῖς* in nostro loco sit orta. Nam tale pronomen ex antecedentibus optime suppleri poterit, licet non diserte adscriptum sit. Etiam Vallae liber ignorabat vocabulum: *αὐτοῖς*, quia vertit: *Ex quibus primum missuri erant decem*. Illud: *αὐτοὶ* autem apte indicat, sponte Lacedaemonios decem naues primum iis mittere decrevisse.

Cap. 7. *Ἐπὶ τὴν πρὸς τὰς Ἀθήνας ὑπερευεγκόντες τὰρ ναῦς τὸν ἰσθμὸν* — Decem codices omittunt articulum: *τὰς* ante vocabulum: *Ἀθήνας*, qui h. l. minime desiderabitur, cum adhuc ter in hoc uno orationis membro occurrat. Sed contra cap. 17, in verbis: *καὶ Χίους καὶ ἑαυτῶ καὶ Χαλκιδεῖ* — undecim codices legere iubent: *καὶ τοῖς Χίους καὶ ἑαυτῶ*.

Cap. 10. *Ὅπως μὴ λήσωσιν αὐτοὺς αἱ νῆες ἐκ τῶν Κεχρηῶν ἀφορηθεῖσαι* —. Quinque codices legunt: *λήσουσιν αὐτοὺς* —. Quare hanc lectionem Atticorum consuetudini accommodatam cum Abreschio praefero. — In verbis: *καὶ μίαν μὲν ναῦν ἀπολλύουσι μετέωρον* — nouem codices lectionem magis notam et usitatam: *ἀπολλύουσι μετέωρον* — adferunt, quae propterea non est negligenda.

Cap. 19. *Πληρώσαντες ναῦς ἐπέλευσαν ἐς Ἀναίαν* —:

Huius civitatis iam lib. III, c. 52, in verbis: *Σαμίων τῶν ἐξ Ἀναίων*, et lib. IV, c. 75, in verbis: *μη, ὡσπερ τὰ Ἀναία* — mentio est iniecta. Sed adparet etiam ex iis locis, Thucydidem non: *ἡ Ἀναία* cum Stephano *de u. bibus* scripsisse, sed numero plurali: *τὰ Ἀναία*. Ne igitur nostro loco inconstantiae accusemus subtilissimum scriptorem, etiam emendari debet: *ἐπλευσαν ἐς Ἀναία*. Neque codicum auctoritate destituti hanc emendationem suademus. Nam tres Pariss. Cass. Gr. Aug. vere ita legunt: *ἐς Ἀναία*. Conf. dicta ad lib. IV, cap. 75. — In verbis: *οἱ δὲ Χῖοι ταῖς λοιπαῖς ἀναγαγόμενοι — ἀπέστησαν* — vocabulum: *ναυσίν* ab omnibus fere codicibus adiectum, ut iam legatur: *ταῖς λοιπαῖς ναυσίν* —, Dukerus adhuc interpretamento librarii deberi censet. Sed quia proxime antecesserant verba: *αἱ δὲ λοιπαὶ — τέσσαρας μὲν κενῶς — αἱ δὲ ἄλλαι* —, ubi semper vocabulum: *νῆες* est omissum, verisimile est, alio iam interiecto orationis membro, tandem iterum a Thucydide vocabulum: *ναυσίν* esse adiectum. Etiam Valla hoc vocabulum in suo codice legit, quia vertebat: *Chii autem reliquis navibus contractis — ad defectionem induxerunt*.

Cap. 21. *Καὶ ὁ δῆμος ὁ Σαμίων διακοσίους μὲν τινὰς — ἀπέκτεινε* —. Septemdecim libri postulant, ut edatur: *ἐς διακοσίους μὲν τινὰς* —, quod etiam cum illo: *τινὰς* optime conuenit et cum Wassio iam Dukerus prae tulit.

Cap. 23. *Ἀναγαγόμενος δὲ καὶ ὁ Ἀστυόχος — καὶ προσλαβὼν — ἔπλει* —. Nouem codices legunt: *ἀναγόμενος δὲ* —. Quia vero statim sequitur: *προσλαβὼν* et aliis quoque locis: *ἀναγόμενοι* et: *ἀναγαγόμενοι*, ut cap. 19, a librariis commutantur, nihil mutandum esse censeo. — In verbis: *αἱ τότε καταληφθεῖσαι καὶ — φεύγουσαι περιέτυχον αὐτῶν* — Dukero et aliis magis placet sex codicum lectio: *τότε καταλεφθεῖσαι* — neque sine causa eam praeferunt, quia in antecedentibus Chiorum naues non in Methymnes sed in Mitylenes portu ab Atheniensibus captae esse dicuntur. Quare verisimile est, naues non captae iam, sed in Methymnes portu relictas, cum capta esset Mitylene, aufugisse. In verbis: *καὶ ὀπίσθας καὶ τοὺς — ὀπίσθας, περὶ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἀντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἄρχοντα Ἐτερόνικον προστάξας καὶ αὐτὸς — παρέπλει ἐπὶ Ἀντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἐλπίζων* —

iure dubitant interpretes, an genuina sit horum verborum lectio. Omnium minime ferri potest comma ante: *πεξῆ* positum, ut iam coniungi hoc vocabulum cum sequenti: *παρέπλει* debeat. Nam certe ridicula est verborum: *πεξῆ παρέπλει* coniunctio. Praeterea non magno ingenii acumine opus est, ut intelligatur, haec verba: *παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἀντισσαν καὶ Μήθυμναν* bis posita, non in utroque loco a Thucydide, breuitatis studioso, trahere originem potuisse. Puto igitur, posteriori loco haec verba, sicut etiam a codice Dan. et forte etiam a Vallae, haec verba non vertentis, libro aberant, plane esse omitenda, ut iam ita huius loci verba cohaereant: *καὶ αὐτὸς ταῖς τε μεθ' ἑαυτοῦ ναυσὶ καὶ ταῖς τριῶν ταῖς Χλιῶν ἐλπίζων* — Videtur quidem facilius esse huius loci interpretatio, si priori loco post: *πεξῆ* haec verba omitterentur. Sed quia traiectio verborum simul in illo prioro loco obuia tam saepe a Thucydide adhibetur, loco posteriori potius haec verba ex interpretamento orta sunt. Verba autem: *ἄρχοντα Ἐτεόνικον προστάξας* aperte ad antecedentia: *ὀπλίσας καὶ* — *τοὺς ὀπλίτας* sunt referenda, et post: *πεξῆ* comma est collocandum, ut iam talis horum verborum sensus existat: *etiam in terra continenti armatis nauium suarum militibus cum Eteonicum ducem bellicum praeposuisset, Antissam et Methymnam nauibus litus legendo petiit, sperans, fore, ut simul suis et tribus Chiorum nauibus, quando illas conspexerint, Methymnaeis in defectione permansuris animi confidentiam instillaret.*

Cap. 24. *Μετὰ πολλῶν, οἷς ταῦτα ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων κατὰ ξυμμετρήσεισθαι* — Nouem codices legunt: *οἷς τὰ αὐτὰ ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων* — Aperte respiciuntur hac lectione verba: *ὡς οὐ πάνυ πονηρὰ σφῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἶη* —, quae proxime antecesserunt. Quare non inepta sed potius admittenda esse videtur haec codicum lectio. — In verbis: *ὅπως μετρώματα, ἢ ὁμήρων λήψει, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ καταπαύσῃ τὴν ἐπιβουλήν* — cum Abreschio et Bauero legendum esse censeo: *ἄλλῳ τῷ τρόπῳ καταπαύσῃ*. Etiam in uno codice iam: *τῷ* legitur. In aliis quatuor codd. Paris. plane omissum est illud: *τῷ*. Sed illorum auctoritas ad omittendam hanc particulam non sufficit. In septem autem libris lectio magis Attica: *καταπαύσῃ*prehenditur.

Cap. 25. Χίλιοι ὀπλίται τῶν Ἀθηναίων καὶ πεντακόσιοι —. Quatuordecim codd. omittere iubent articulum: τῶν ante vocabulum: Ἀθηναίων. — In verbis: οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρει προεξάξαντες καὶ καταφρονήσαντες — νικῶνται — octo codices legunt: προεξάρξαντες καὶ καταφρονήσαντες —. Quae lectio mihi esse praeferranda videtur. Nam primo tempus aoristi primi in: προεξάξαντες est minus consuetum. Deinde si hoc cum Valla vertitur: *latius exporrecto suo cornu*, non satis comprobari exemplis poterit talis vocabuli huius significatio et legi potius in nostro loco deberet: τὸ σφετέρῳ αὐτῶν κέρει προεξάξαντες. Denique proxima pugnae amissae causa melius in verbis sequentibus: ὡς — ἀτακτότερον χοιροῦντες indicatur. Magis igitur ad verbum statim adiunctum: καταφρονήσαντες quadrat illa codicum lectio: προεξάρξαντες, ut propter hostium contemtum, sicut saepe fieri solet, pugna prius ab Argiuis incepta esse dicatur. Vulgo quidem in Lexicis Graecis non reperitur vocabulum: προεξάρχω. Sed hoc nos impedire non poterit, quo minus hanc lectionem magis aptam reiciamus, cum inprimis illud: ἐξάρχω, unde nostrum fluxit, magis in usu sit, quam verbum: ἐξάρχομαι.

Cap. 26. Ἀγγέλλεται αὐτοῖς — πέντε καὶ πενήκοντα ναῦς ὅσον οὐ παρέιναι —. Magis elegans et Thucydidi consuetu est undecim librorum lectio: ναῦς ὅσον οὐ παρέιναι —. Nam si verum est, illo: ὅσον οὐ παρέιναι magis certum et iamiam futurum rei euentum, quam altero: ὅσον οὐ παρέιναι, indicari, nostro loco certe aptissima erit haec lectio. Praeterea etiam aliis locis Thucydides illud: ὅσον οὐ παρέιναι cum: παρέιναι coniunxit. Ut lib. IV, c. 125: ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὐ παρέιναι, et lib. VI, c. 34: ἤδη εἰς καὶ ὅσον οὐ παρέιναι —. In verbis: ἤπερ τοῦ κόλπου πλεύσαντες ἠλλίσαντο — tredecim libri scribunt: οἱ περ τοῦ κόλπου —, quod non sine causa Bauero arripet. Nam ita genitivus adiectus: τοῦ κόλπου melius quadrat, quam si lectioni vulgatae: ἤπερ adiceretur.

Cap. 27. Ὡς ἀπὸ τῆς Δέρου ἐπύθητο τὰ τῶν νεῶν, σαφῶς βουλομένων τῶν ξυναρχόντων —. Ingenii acumen, quo Palmerius in nostro loco legi iussit: ἀπὸ τῆς Δέρου, egregie a tribus codicibus, Ar. Dan. Mosqu. est comprobatum. Comma autem cum Fr. Porto post: νεῶν est tollendum et post: σαφῶς potius collocandum. Nam: σα-

φῶς πυθίσθαι, non autem: σαφῶς βούλεσθαι, hoc loco quadrat. — In verbis: ἢ μόγις — ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἐκουσίαν ἢ πάνν γε ἀνάγκη προτέρα ποι ἐπιχειρεῖν — defendunt quidem interpretes lectionem: καθ' ἐκουσίαν. Sed valde dubito de huius lectionis veritate. Primum quaeritur, quid apte intelligi possit ad: ἐκουσίαν, cum nihil antecesserit, ad quod referatur. Porro Thucydides ignorat aliis locis femininum genus huius adiectiui. Nam lib. VI, c. 44, occurrunt: ἀλκάδες ἐκούσιοι. Denique non apte haec verba: καθ' ἐκουσίαν ἢ πάνν γε ἀνάγκη, verbis sequentibus: μὴ βιαζομένη γε πρὸς ἀνθαιρέτους κινδύνους ἶναί — opponuntur. Nam: καθ' ἐκουσίαν et: πρὸς ἀνθαιρέτους κινδύνους unum idemque indicat. Omni igitur attentione dignissima erit octo codicum lectio: κατ' ἐξουσίαν ἢ πάνν γε ἀνάγκη —. Etiam Valla ita legisse videtur, quia vertit: *quae cum vis deberet prae cladibus acceptis quam posset tutissimo apparatu aut aliqua prorsus antecedente necessitate hostem lacessere*. Quodsi admittimus lectionem: κατ' ἐξουσίαν, sequentia aptius opposita videmus. Nam illi: πάνν γε ἀνάγκη opponitur: μὴ βιαζομένη, et verbis: κατ' ἐξουσίαν repugnat: πρὸς ἀνθαιρέτους κινδύνους, quia qui (κατ' ἐξουσίαν) plena agendi potestate gaudet, adhuc a periculis sponte subeundis est remotus, hic vero, qui sponte pericula grauia suscipit, non amplius plena, quidquid velit, agendi potestate est ornatus.

Cap. 28. Καὶ οὐ προσδεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς εἶναι —. Cum Bauero legendum censeo: ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς — nihil aliud expectabant, quam Atticas esse nauces. — In verbis: καὶ ἐς τὴν Μίλητον αὐτοῦ Φίλιππον καθιστᾶσι — illud: αὐτοῦ explico de Philippo, qui in ipsa Mileti urbe, ubi tunc temporis versabantur Lacedaemonii, summus magistratus ab iis sit constitutus, ut ita distinguatur a Pedarito, Leontis filio, ante nominato, qui Mileto inde in Chium, ut huic insulae praeeset, mittebatur. Atticis enim illud: αὐτοῦ, ut Phauorini verbis utar, saepe idem significat, quod: ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου.

Cap. 29. Ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἐκίστα, ἢ τρεῖς ὄβολοι, ἀμολογηθήσαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πενήκοντι τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις ὄσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν.

λόγον τοῦτον ἐδίδοτο —. Summorum interpretum disquisitione hic Thucydidis locus innotuit et plerique verborum emendatione opus esse censuerunt. Liceat igitur, ommissa aliorum sententia, ne pluribus verbis utar, quid mihi de hoc loco videatur esse statuendum, proponere. Emendatione verborum non indigere puto hunc locum, si particulam: *παρὰ* nōn: *praeter* vertimus, sed: *propter*. Cuius quidem significationis exempla ubique inter scriptores Graecos sunt obuia. Omnis autem computandi ratio, quam in hoc loco sequi debemus, ad numerum *quinarum nauium* redire videtur, quibus *terna talenta* singulis mensibus eroganda promiserat Tissaphernes. Si ponimus, in singulis nauibus circiter ducentos nautas meruisse, quibus singulis tantum tres oboli quotidie soluebantur, in singulas naues quotidie numerus sexcentorum obolorum erat distribuendus. Si porro menses singulos tantum triginta dies complecti fingimus, in singulos menses nautis unius nauis decem et octo obolorum millia erant soluenda. Qui obolorum numerus, si menstruum quinarum nauium computamus stipendium, ad talem summam, quae nonaginta obolorum millia efficit, augetur. Si vero talentum sexaginta minas, mina centum drachmas, et drachma sex obolos complectitur ideoque singula talenta efficiunt triginta et sex obolorum millia: illa nonaginta obolorum millia quinque nauibus in singulos menses soluenda duo talentorum et dimidii summam continent. Qua quidem computandi ratione saltem adparebit, quia Tissaphernes terna talenta quolibet mense quinque nauibus se soluturum esse promiserat, singulis nautis plus quam tres obolos esse quotidie numeratos, sicut Thucydides adfirmavit, quamquam simul admittimus, gubernatori haud dubie et aliis nautarum praefectis longe maiorem quam trium obolorum summam fuisse destinatam. Superest iam, ut paucis demonstremus, quae iam a nobis proposita sunt, cum ipsis quoque scriptoris nostri verbis conuenire. Verba: *παρὰ πέντε ναῦς*, ut iam dixi, a me vertuntur: *propter quinque naues* — et ita similis quoque significatio verbis sequentibus: *ἐς γὰρ πέντε ναῦς* tribui potest. Nam particulam: *ἐς*, sicut illam particulam: *ἀνά*, saepe etiam de numero distributio adhiberi, nemo quidem infutur. In verbis autem: *καὶ πενήκοντα*, quae verto: *et-*

iam quinquaginta nauibus, et ad quae ex antecedentibus vocabulum: ναυσὶ intelligo, numerum certum nauium indicari puto, quibus tunc classis Lacedaemoniorum, ad Tissaphernis usum instructa, constabat. Reliquis vero nauibus, quo plures secundum eundem numerum (τοῦτου τοῦ ἀριθμοῦ) quinarium adiungerentur, eadem computandi ratione distributum iri stipendium promisit. Verto igitur haec verba: Propter quinque tamen naues plus quam tres obolos se nautis singulis daturum, pacto inito, promisit. Nam etiam quinquaginta nauibus (Spartanae classis) menstrua dedit tria talenta in quinas naues, et reliquis (sociis nauticis, quo plures aderant naues, secundum eundem (quinarium) numerum, plane eadem ratione stipendium distribuebatur.

Cap. 31. Παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς· καὶ ἐκέλευε αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονούντας —. Quatuor codicum lectio: καὶ ἐκέλευσε αὐτῶν — est verisimilior, quia cum antecedenti: παρέπλευσεν copula: καὶ coniungitur. — In verbis: καὶ Πήλην καὶ Δοίμυσσαν — haud dubie legendum est: Δοίμυσσαν —. Nam ita alii scriptores hanc insulam adpellant. Nonnulli etiam codices Thucydidis saltem: *v* pro: *i* in prima huius vocabuli syllaba ponunt, et praeterea constat, quam saepe librarii singulas vocales cum suis diphthongis, sicut nostro loco *v* cum *ou*, commatauerint.

Cap. 32. Ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέων ὡς ἐς πεντακσίους ξὺν ὄπλοις καταλειφθέντες —. Verisimilissimae illorum sententiae, qui h. l. Χαλκιδέως legere iubent, adhuc adiicio, si hanc admittimus emendationem, simul particulam: ὡς ante: ἐς esse delendam, quae ex ultima syllaba vocabuli: Χαλκιδέως male est orta, ut iam legamus: ὑπὸ Χαλκιδέως ἐς πεντακσίους —. Nam particula: ἐς iam sufficit ad Latinorum: *circiter* indicandum, sine addito: ὡς.

Cap. 33. Διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδαριτος παρ' αὐτῶν καὶ ἀναζητήσαντες —. Queritur, ad quosnam illud: παρ' αὐτῶν referatur. Suppleuit quidem Aem. Portus: τῶν Χίων, sed ex oratione contexta nullum huius interpretationis argumentum repetere poterit, quia de Chiis, ubi versatus est Pedaritus, nulla quidem mentio antea fuit iniecta. Proxime autem antecesserat narratio de Astycho propter Pedariti literas ad eum missas in Erythrarum

urbem nauigante. Ad quem mox etiam Pedaritum esse delatum, ex illo: ἀναζητήσαντες, quod necessario ad Astyocho et Pedaritum eorumque comites simul debet referri, iam satis adparet. Verisimilius est igitur, in nostro loco pro: αὐτῶν legendum esse: ὁ Πεδάριτος παρ' αὐτὸν (sc. Αστυόχον), sicut iam Aem. Portus non sine Dukeri et Baueri consensu suaserat. Valla etiam in suo libro iam ita legerat, quia vertit: *Is ac Pedaritus, qui ipse quoque illuc ad eum traiecerat.* — Ceterum quoque notanda est inconstantia librariorum, qua vocabulum: Πεδάριτος scripserunt. Nam et in hoc et in antecedenti capite editur: Παιδάριτος, cum tamen et in antecedentibus et in sequentibus ubique codices exhibeant: Πεδάριτος. Quia igitur minime ferenda est talis inconstantia et in capite 32, ubi primum occurrit: Παιδάριτος, in melioribus tamen codicibus adhuc legitur: Πεδάριτος, eiicienda est scriptura: Παιδάριτος ex iis etiam locis, ubi codices maiori numero hanc proferunt corruptam lectionem.

Cap. 54. Καὶ ὡσπερ ἰδόντες αὐτὰς ἐπεδίωκον καὶ χειμῶν τε μέγας ἐπιγιγνεται —. Iam Bauerus vidit, colon post: ἐπεδίωκον esse tollendum, ut haec verba cum sequentibus: καὶ χειμῶν τε μέγας, sicut πρότασις cum ἀποδόσει, cohaereant: cum visas persequerentur, iam gravis est orta tempestas. Praeterea in sexdecim libris vocabulum: αὐτὰς deest, quod, etiam Wassius h. l. omitti posse, non sine causa arbitratur, quia facile ἀπὸ κοινοῦ potest suppleri.

Cap. 35. Ἡ δ' ἀφειστήκει ἤδη ἀπὸ Τισσαφέρου — Palmerii emendationem, ut legatur: ὑπὸ Τισσαφέρου — iure comprobatur Bauerus, quia haec Cnidi insula non in Persarum, sed Atheniensium potestate tunc fuerat et Tissaphernes quavis ratione Atheniensium opes frangere studebat. Praeter alios etiam Gottleberus doctissimus adnotauit ad Thucyd. lib. I, c. 24, a librariis saepe particulas: ἀπὸ et: ὑπὸ confundi. Simillimus locus infra cap. 44. occurrit in verbis: οἱ δ' ἐς Ρόδον, ἐπικηρυκευμένων ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν, τὴν γνώμην εἶχον πλεῖν —, ubi eadem de causa etiam Thucydidem olim scripsisse arbitror: ἐπικηρυκευμένων ὑπὸ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν —.

Cap. 38. Οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθηναῖοι ἤδη διαβεβη-

πότες τὴν Χίον —. Modesta et simul verisimilissima est Dukeri coniectura emendantis: διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον —. In verbis sequentibus: καὶ κρατοῦντες τῆς γῆς καὶ θαλάσσης — nouem codices omittunt articulum: τῆς, qui facile propter similem syllabae antecedentis sonum a librariis adici potuit. — Eodem modo etiam in verbis: μετὰ τοῦ Τυδείως τοῦ Ἰωνος — quinque codices articulum: τοῦ ante: Τυδείως omittunt, ubi etiam, quia omni effecta in illo loco destituitur, melius aberit. Nam in antecedentibus nondum illius Tydei erat iniecta mentio.

Cap. 39. Καὶ τὰς ναῦς ταύτας ἢ αὐτὰς ἢ πλείους ἢ καὶ ἐλασσούς — ἀποπέμπειν —. Quia in uno codice omittitur: ἢ αὐτὰς, Wassio haec omisio esse comprobanda videtur. Sed haud dubie vera est lectio. Vertitur quidem a Valia et aliis: *sive tot* —. Sed talis significatio noui inest huic vocabulo. Potius verti debet: *sive solas*. Qua significatione saepe illud: αὐτὸς usurpatur, et ita etiam sequentia: *sive plures, sive pauciores*, optimo quadrant.

Cap. 42. Νομισάντες, ὡς περ ἐφύλασσαν ναῦς, τὰς ἀπὸ τῆς Καννόν, ταύτας εἶναι —. Lectio quatuor codicum: ἃς περιεφύλασσαν ναῦς — non sine causa Abreschio magis arridet, quia significationem huic loco aptissimam complectitur. — In verbis: καταφεύγουσιν ἐς τὴν Τεργλοῦσσαν νῆσον — propter alia scriptorum loca cum Harduino in suis ad Plinium notis veram lectionem: Τεργλοῦσσαν νῆσον — arbesse puto. Sicut etiam capite sequenti 43 cum aliis scriptoribus atque multorum quoque codicum auctoritate legendum est: καὶ Δωρῦμοις (non: Δορῦμοις) τοῖς ἐν τῇ ἠκείρῳ —.

Cap. 44. Καὶ προσβαλόντες Καμίρῳ τῆς Ροδίας πρώτῃ ναυσι τέσσαρα καὶ ἐννεήκοντα —. Pro illo: πρώτῃ ναυσι tres libri exhibent: πρὸς ταῖς ναυσι —, sex libri: πρὸς τὴν ναυσι —, unus: πρὸς γῆν ναυσι —, duo libri: πρὸς τὴν γῆν ναυσι —, duo: πρὸς ναυσι —, unus: πρότερον ταῖς ναυσι — et unus: πρὸς τὴν ἄκραν ναυσι —. Apparet igitur ex illa lectionum varietate, illud: πρώτῃ parum niti codicum auctoritate. Mihi quidem Thucydides scripsisse videtur: τῆς Ροδίας πρὸς γῆς ναυσι, in conspectu terrae Rhodiae ad Camiri oppidum nauibus accedentes. Nam: πρὸς cum Genituo secundum antiquos Grammaticos saepe ἀντὶ ἐνώπιον καὶ πρόσθεν

λαμβάνεται. — In verbis: ὑστερίσαντες δὲ οὐ πολλῶ τὸ μὲν παραχρησάμενοι ἀπέπλευσαν — undecim libri scribunt: ὑστερήσαντες δὲ οὐ πολλῶ —, quae haud dubie est vera lectio. Iam ad Herodoti lib. VI, c. 89. Wesselingius adnotavit, saepe a librariis verba: ὑστερίω et: ὑστερίζω permutari. Scholiastes ad nostrum locum hanc explicationem adiecit: μετ' ὀλίγον ἐλθόντες. Videtur igitur codicum lectionem in suo libro inuenisse. Simili modo aliis quoque locis vocabulum: ὑστερίω explicatur. Nam lib. I, c. 154, vocabulum: ὑστερήσαν Scholiastes interpretatur: ἐβράδυναν, et lib. VII, c. 29, ὑστερήσαντες vertit: μὴ φθάσαντες. — In verbis: τοὺς ἐπίπλους ποιούμενοι, ἐπὶ τὴν Ῥόδον ἐπολέμουν — Porti et Abreschii sententiam amplector, ut, commate post: ποιούμενοι sublato, post: Ῥόδον potius comma ponatur et iam verba: ἐπίπλους ποιούμενοι ἐπὶ τὴν Ῥόδον cohaerant.

Cap. 45. Ἴνα αὐτῶν μὴ οἱ ναῦται — οἱ μὲν τὰ σώματα χεῖρω ἔχωσι — οἱ δὲ ναῦς ἀπολιπόντες, ἐς ὀμηρεῖαν τὸν προσοφειλόμενον μισθὸν —. Inter loca intellectu difficiliora etiam hunc locum interpretes referunt. Nulla quidem verborum emendatione mihi opus esse videtur, sed cum Henr. Stephano ad verba: οἱ δὲ ναῦς ex antecedentibus intelligo: χεῖρους ἔχωσι, quare etiam haec verba a sequentibus commate sunt distinguenda. Comma vero post: ἀπολιπόντες tollendum esse puto, quia cum sequentibus arcte cohaeret hoc verbum, quasi scripsisset: ἀπολιπόντες μισθὸν τὸν ἐς ὀμηρεῖαν προσοφειλόμενον. Mercedem vero militis debitam relinquere, nihil aliud haud dubie indicat, quam recedere a signis, deserere exercitum, cum simul debita merces pignoris loco duci bellico esset, quo minus miles desereret exercitum. Verto igitur haec verba: ne ipsorum ναυταε, propter rerum abundantiam insolentes, partim corpora reddant infirmiora sumtus in talia impendendo, ex quibus eorum imbecillitas oritur, partim nauibus utantur parum instructis, mercedem, ut pignoris loco esset, ipsis debitam negligentes. — In verbis: ὡς οἱ μὲν Χῖοι ἀνάλογοντο εἶναι, πλουσιώτατοι ἦντες τῶν Ἑλλήνων, ἐπικουρίᾳ δὲ ὁμῶς σωζόμενοι ἀξιοῦσι, καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασι ἄλλους ὑπὲρ ἑλκίων ἑλευθερίας κινδυνεύειν — non satis respondet illi: εἶναι alterum verbum finitum: ἀξιοῦσι. Quodsi igitur emen-

damus: σωζόμενοι, οἱ ἀξιοῦσι —, optime omnia cōhaerebunt: *Quod imprudentes sint Chii, omnium Graecorum ditissimi et eorum tamen seruati auxilio, qui postulerent, ut alii et corporibus et opibus suis pro eorum libertate subeant pericula.* Quilibet videt, quam facile articulus: οἱ post vocabulum: σωζόμενοι excidere potuerit. Eodem modo statim in sequentibus post verba: τὰς δ' ἄλλας πόλεις, ἔφη, ἀδικεῖν — sequitur articulus: αἱ ἐς Ἀθηναίους — ἀνάλουν —. Praeterea etiam ad ornamentum huius loci pertinet, ut cum nouem codicibus legamus: ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας —. In antecedentibus vero verbis: ὑπὲρ τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ — iam Dukerus animaduertit, post: ξυμμαχικοῦ distinctione maxima opus esse, ut haec verba plane a sequentibus separentur. Sed nondum adest punctum in recentissimis Thucydidis editionibus. — In verbis: αἱ ἐς Ἀθηναίους, πρότερον ἀποστῆναι, ἀνάλουν, εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω — ἐθέλησουσι ἐσφέρειν — Aem. Porti et Dukeri coniecturam, ut legatur: πρότερον ἢ ἀποστῆναι — omnium adsensu dignam esse censeo, quae etiam simul est verisimillima, quia litera: ἦ propter ultimam vocabuli: πρότερον, cum literae unciales: N et H sint similes, facile intercipi potuit. Egregie etiam hanc coniecturam unius codicis Paris. lectio confirmauit. Porro etiam sex codicum lectio: εἰ μὴ καὶ νῦν καὶ τοσαῦτα καὶ — non est reiicienda: nisi etiam nunc non solum totidem sed adeo plura — impendere velint.

Cap. 46. Παρήνει — μηδὲ βουληθῆναι, κομισάντα ἢ ναῦς Φοινίσσας, ὅσπερ παρεσκευάζετο μελλήσει πλείοσι μισθὸν πορίζοντα τοῖς αὐτοῖς τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὸ κράτος δοῦναι —. Quia illi particulae: ἦ ante: ναῦς non alia in sequentibus particula respondet, magna huic loco inest obscuritas. Dukerus ingenue, se huius loci sententiam non adsequi, fatetur. Bauerus ingeniose cum Tusano coniecit, pro: μελλήσει legendum esse: ἢ Ἑλλήσι, et mire respondet eius coniecturae Latina Vallae interpretatio: *aut maiori Graecorum classe conducta,* Haud dubie igitur Valla in libro suo legit: παρεσκευάζετο ἢ Ἑλλήσι πλείοσι —, sicut etiam in uno Paris. codice vere haec verba exhibentur. In alio Paris. scribitur: παρεσκευάζετο ἢ μελλήσει —. Quae falsa lectio simul originem illius librariorum erroris indicat, qui ex litera-

rum: μ et: η permutatione est ortus. Iure igitur recipienda est lectio: η "Ελληνι —. Duo autem Alcibiades Tissapherni dissuadet his verbis, ne adductis Phoenicum nauibus aut pluribus Graecorum mercede conductis nimum quantum Graecorum imperium terra marique augeatur. — In verbis: $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\kappa$ τοῦ περιόντος αγωνιέσθαι — articulus: τοῦ a septem codicibus abest, et quia etiam Scholiastes eum ignorat, non amplius esse retinendus videtur.

Cap. 47. 'Ο δὲ Ἀλκιβιάδης ταῦτα ἄμα μὲν τῷ Τισσαφέρνηι — παρήνει —. Thucydides videtur scripsisse: ὅ τε Ἀλκιβιάδης —. Ita huic particulae: $\tau\epsilon$ in antecedentibus ultimo capite 46 respondent verba: $\tau\acute{\alpha}$ $\tau\epsilon$ ἄλλα καταφακίστερον —. Etiam Valla iam in libro suo legisse videtur: ὅ τε Ἀλκιβιάδης —, quia vertit: *Atque haec Alcibiades simul* —.

Cap. 48. Ἀλλ' ὅ, $\tau\epsilon$ Ἀλκιβιάδης (ὅπερ $\kappa\alpha\iota$ ἦν) οὐδὲν μᾶλλον ὀλιγαρχίας — δεῖσθαι ἐδόκει —. Duodecim codices legunt: ὅπερ $\kappa\alpha\iota$ ἦν, $\kappa\alpha\iota$ οὐδὲν μᾶλλον —. Haec particula: $\kappa\alpha\iota$ saepe habet vim intendendi et tali sensu etiam hic locum habere potest. — In verbis: ὅπως μὴ στασιάσωσι τῷ βασιλεῖ οὐκ εὐπορον εἶναι λέγων $\kappa\alpha\iota$ Πελοποννησίων ἤδη ὁμοίως ἐν τῇ θαλάσῃ ὄντων — πράγματα ἔχειν — colon post: βασιλεῖ cum Bauero aliisque interpretibus tollendum esse puto, cum illud potius post: στασιάσωσι locum habeat. Regi enim Persarum non parebant Athenienses; quare etiam seditionem non contra eum mouere poterant. Melius igitur: τῷ βασιλεῖ cum sequentibus: οὐκ εὐπορον εἶναι, *difficile esse regi*, coniungitur. Praeterea etiam illud: λέγων ante: $\kappa\alpha\iota$ Πελοποννησίων — plurimi codices eiciunt. Quare hoc vocabulum cum Wassio librariorum interpretationis h. l. adnumero. — In ultimis verbis: $\kappa\alpha\iota$ ταῦτα παρ' αὐτῶν γε τῶν ἔργων ἐπισταμένας — undecim codices omittunt particulam: $\gamma\epsilon$, ubi nullo effecto videtur esse adposita.

Cap. 52. Βουλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως, πισθῆναι —. Dukeri sententiam amplector, ut ex plerisque codicibus lectio magis apta: εἰ δύναιτό πως, πιστευθῆναι — recipiatur. — In verbis: ἤδη γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ρόδῳ ὄντων αὐτῶν ἐγεγένητο, ἐν τῇ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον — ἐπηλήθευσεν ὁ Λίχας — plurimi codices legere iubent: ὄντων αὐτῶ ἐγεγένητο —, ut

illud: *αὐτῷ* ad Tissaphernem referatur. Rhodiorum vero defectionem tunc temporis iam ad Peloponnesios factam Thucydides lib. VIII, cap. 44, commemoravit. Quare non mirum est, quo tempore Lichas in Cnidi urbe cum Tissapherne colloquebatur, Peloponnesios in Rhodi insula esse versatos. — Quod vero falsam lectionem; *ἐν τῇ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου* attinet, plurimi libri, sicut iam Dukerus adnotavit, legere iubent: *ἐν ἣ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου* —, quod magis cum Attica dicendi ratione convenit. — In verbis: *περὶ τοῦ ἐλευθεροῦν Λακεδαιμονίους τὰς ἀπάσας πόλεις* — octo codices exhibent: *ἐλευθεροῦν τοὺς Λακεδαιμονίους* —. Quam lectionem praefero, quia adcurate indicat, Lacedaemonios harum urbium liberandarum auctores existere voluisse. — In verbis: *καὶ μὲν δὴ ὁ Ἀλκιβιάδης* — lectionem magis convenientem linguae legibus novem codices adferunt: *καὶ ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης* —. Unus liber scripsit: *καὶ ὁ μὲν δὴ Ἀλκιβιάδης* —.

Cap. 53. *Ἀποσταλέντες ἐκ τῆς Σάμου, ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας* —. Septem codices legunt: *καὶ ἀφικόμενοι ἐς* —. Quae copula: *καὶ* in hoc loco, ubi plura adiunguntur participia, non est superflua. — In verbis: *ὡς ἐξείη αὐτοῖς Ἀλκιβιάδην κατάγουσι* — *βασιλέα τε ξυμμαχῶν ἔχειν* — cum Corintho *de dialectis Graecis* adhuc sex codices legunt: *Ἀλκιβιάδην καταγαγούσι* —. Quam lectionem tanquam magis consuetam Thucydidi etiam Wassius iure praetulit. — In verbis: *μαρτυρουμένων καὶ ἐπιθρειαζόντων, μὴ κατάγειν* — octo codices legunt: *μαρτυρουμένων καὶ ἐπιθρειαζόντων* —. Quam lectionem iam Dukerus non sine causa propter adiectum praesens: *ἐπιθρειαζόντων* praefendam esse censuit, cum etiam alias, ut lib. VI, cap. 80, hoc verbo: *μαρτυροῦμαι* Thucydides utatur. — In verbis: *ἡρώτα ἓνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων* — octo codices exhibent: *ἓνα ἕκαστον αὐτῶν παράγων τῶν ἀντιλεγόντων* —. Qua admissa lectione facilius intelligitur, cur post: *παράγων* demum genitivus: *τῶν ἀντιλεγόντων* sit positus, qui aperte ad antecedens: *αὐτῶν*, ut magis illud explicetur, est relatus. — In verbis: *ὅποτε δὲ μὴ φαίησαν ἐρωτώμενοι, ἐν ταῦθα δὴ σαφῶς ἐλέγετο αὐτοῖς* — decem codices lectionem orationi contextae magis convenientem: *ἐλέγετο*

αὐτοῖς — proferunt. Ita enim Valla in libro suo legit, quia vertebat: *tunc palam subiiciebat eis* —.

Cap. 54. Ἄμα τε διαβαλόντος καὶ Φρόνιχον τοῦ Περσάνδρου παρέλυσεν τῆς ἀρχῆς —. Undecim codices legunt: *παρέλυσεν ὁ δῆμος τῆς ἀρχῆς* —. Quod hoc loco est admittendum, quia modo in uniuersum numero plurali: *ἔψηφίσαντο* de populo mentionem iniecerat. — In verbis: *ὅπως συστραφέντες καὶ κοινῇ βουλευσάμενοι καταλύσωσι τὸν δῆμον* — plurimi codices lectionem magis Atticam: *καταλύσουσι τὸν δῆμον* — tuentur.

Cap. 55. Καὶ τοὺς βοηθήσαντας Ῥοδίων νικήσαντες μάχῃ ἀπεχώρησαν εἰς τὴν Χάλκην καὶ τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν μᾶλλον ἐκ τῆς Κῶ ἐποιοῦντο. εὐφυλακτοτέρα γὰρ αὐτοῖς ἐγίγνετο, εἴποι ἀπαίροι τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν —. Primum admittenda est apta decem codicum lectio: *καὶ τοὺς προσβοηθήσαντας Ῥοδίων* —. Vocabulo: *προσβοηθεῖν*, in Herodoti scriptis frequentato, etiam Thucydides saepe est usus, ut lib. II, cap. 86. lib. IV, cap. 13. lib. VI, cap. 66. — Porro omnium adsensu est digna Hudsonii emendatio, ut legatur: *ἐντεῦθεν μᾶλλον ἢ ἐκ τῆς Κῶ ἐποιοῦντο*. Nam non solum particula: *ἐντεῦθεν* h. l. non commodam admittit interpretationem, nisi hanc Hudsonii emendationem admittimus, sed diuersus quoque insularum Chalces et Coi situs hanc Hudsonii emendationem confirmat, cum longe propior Rhodi insulae sita sit Chalce. Locus denique cap. 60, iam ab Hudsonio laudatus, ubi classis Atheniensium ex Chalces insula in altum nauigasse dicitur, eandem Hudsonii coniecturam defendit. Iam supra cap. 45. adfuit exemplum erroris a librariis commissi, cum literas unciales *H* et *N* inter se commutarent. Facile igitur h. l. etiam ab ultima litera vocabuli: *μᾶλλον* absorberi particula: *ἢ* potuit, quae ad aptum huius loci sensum est necessaria. Qua vero admissa emendatione etiam lectio recepta: *εὐφυλακτοτέρα* non mutato accentu est edenda, quia aperte ad Chalcen refertur, quae ad obseruandam Peloponnesium classem est aptissima. Undecim denique codicum auctoritate lectio magis consueta: *εἴποι ἀπαίροι τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν* — est admittenda. — In verbis: *ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πεδάρκος τε καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἐπικουρικόν ἔχων* — minus offendet particula: *τε* post: *Πεδάρκος* adiecta, si decem codicum lectionem: *ὁ Πεδάρ-*

ροτος αὐτός τε καὶ τὸ — recipimus, ut indicetur, non alio duce, sed ipso Pedarito praesente Chiorum factam esse eruptionem. — In verbis autem: αἰρεῖται τι αὐτοῦ καὶ νεῶν τιῶν ἀνεικυσμένων ἐκράτησεν — iam Dukerus et Bauerus Graecae linguae consuetudini magis adcommodatam esse censuerunt undecim codicum lectionem: αἰρεῖ τε τι αὐτοῦ —.

Cap. 56. Οὐ γὰρ αὐτῶ πάντ' ἀπὸ Τισσαφέρου βέβαια ἦν, φοβουμένων τοὺς Πελοποννησίους. μᾶλλον, καὶ ἔτι βουλομένων —. Tota oratio contexta suadet, ut multorum codicum lectionem: φοβουμένου τοὺς Πελοποννησίους μᾶλλον καὶ ἔτι βουλομένου — recipiamus. Etiam Valla secundum illam codicum lectionem hunc locum interpretatus est. — In verbis: ἀλλ' ὡς πεπεισμένοι Τισσαφέρει καὶ βουλομένοι προσχωρῆσαι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἱκανὰ δίδόναι — tredecim codices scribunt: προσχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις μὴ ἱκανὰ δίδόναι (sc. αὐτούς). Siue hanc siue illam lectionem vulgatam admiseris, semper casum omissum siue dativum siue accusativum supplere debemus. Quare codicum plurium consensu huius loci lectio est stabilienda, quo illud: τοῖς Ἀθηναίοις magis confirmatur. — In verbis: καὶ αὐθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας καὶ ἄλλα — iterum undecim codices exhibent: ἐπικειμένας καὶ τ' ἄλλα —. Quae lectio vulgatae, ubi sub illo: ἄλλα incertissima quaeque latent, est praefenda. Nam ad illud: καὶ τ' ἄλλα ex antecedentibus suppleo: ἐπικείμενα (sc. Ἴωνία), alias regiones Ioniae vicinas. — In verbis: καὶ παραπλεῖν τὴν ἑαυτῶν γῆν, ὅποι ἂν καὶ ὄσαις ἂν βούληται. ἐνταῦθα δὴ οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι — inepta quidem lectio decem codicum: τὴν ἑαυτοῦ γῆν esse videtur, quare etiam Valla lectionem receptam sequitur, quia vertit: *terram ipsorum obire*. Sed haec lectio: τὴν ἑαυτοῦ γῆν non amplius tam inepta esse ei videbitur, qui meminerit, haec Tissaphernis postulata, quae iam Alcibiades eius nomine proponebat, aperte pacis illius condiciones respexisse, quam olim Athenienses cum Artaxerxe Longimano pepigerant, et cuius condiciones a Diodoro Siculo lib. XII, pag. 295, his verbis indicantur: αὐτονόμους εἶναι τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἑλληνίδας πόλεις ἅπασας, τοὺς δὲ τῶν Περσῶν σατραπῆας μὴ καταβαίνειν ἐπὶ θάλατταν κατωτέρω τριῶν ἡμερῶν ὁδόν, μηδὲ ναῦν μακρὰν πλεῖν ἐντός Θα-

σῆλιδος καὶ Κυνανέων. Hac ultima igitur pacis conditione aperte Persis interdicta erat omnis nauigatio nauium bellicarum in tota Asiae ora a Cilicia inde usque ad Pontum Euxinum. Cum verq Atheniensium legati iam Tisapherni concessissent, ut omnis Ionia cum finitimis insulis denuo Persarum imperio subiiceretur, iam hoc supererat, ut nouo postulato etiam altera pacis conditio de limitata Persarum nauigatione tolleretur. Quod vero Atheniensium legati propterea inprimis, quia maximae suae gentis opes in nauigatione nitebantur, concedere non potuerunt. Haec igitur ad codicum lectionem: *τὴν ἑαυτοῦ γῆν* defendendam sufficient. Si lectio recepta: *τὴν ἑαυτῶν γῆν* de terra Attica ageret, haud dubie Thucydides scripsisset: *τὴν αὐτῶν γῆν*. Praeterea iam horum verborum sensu tanta Alcibiadi insolentia, superbia et impudentia erga suos ciues tribueretur, ut eidem vix unquam ab eius ciuibus ignosci potuisse arbitrer. Non dissimilis est etiam haec oblata conditio, ut liceat regi ad oram maritimam regni sui nauigare, ubicunque velit, illius pacti verbis, cum Lacedaemoniis tertio inito, quae cap. 58. adferuntur: *περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεὺς, ὅπως βούλεται.* — Pro illo: *οὐκέτι* — sex codices legunt: *ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι τι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες* —. Quamquam his verbis inest ellipsis, tamen maior perspicuitas huic codicum lectioni: *οὐκέτι τι* (sc. *ποιούντες*,) quam vulgatae debetur.

Cap. 57. *Μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς Πελοποννησίους τροφὴν τε αὐτοῖς δίδωσι, καὶ σπονδὰς τρεῖς τάςδε σπένδεται.* Cum haec periodus cum verbis: *πάντων οὖν τούτων λογισμῶ* incipiat, non verisimile est, etiam in his verbis: *μεταπεμψάμενος οὖν* — denuo particulam: *οὖν* esse adiectam. Aperte autem Thucydides in his verbis respicit verba huius capituli, quae antecesserunt: *βουλόμενος τοὺς Πελοποννησίους πάλιν τε κομίσαι ἐς τὴν Μίλητον.* Ex quibus simul haec coniectura verisimilis oritur, Thucydidem hoc loco scripsisse: *μεταπεμψάμενος αὖ τοὺς Πελοποννησίους* —. Librarii saepe particulas: *αὖ* et: *οὖ* permutare solent, cuius permutationis multa exempla praeter alios etiam Xenophontis librorum codices suppeditant. Cum vero: *οὖ* hoc loco nullum admitteret sensum, aliam inde lectionem: *οὖν* similis literae additamento effinxerunt. — Porro nouem codicum auctori-

tate legendum est: *σπονδὰς τὰςδε τρίτας σπένδεται* —. Nullo modo enim sensum aptum h. l. ex particula: *τοῖς* elicere licet, quia ter diuersa, non autem eadem foedera sunt inita.

Cap. 62. *Σητόν πόλιν τῆς Χερσονήσου, ἣν ποτὲ οἱ Μῆδοι εἶχον, καθίστατο φρούριον* —. Plurimi codices inepte legunt: *ἦν τότε οἱ Μῆδοι* —. Nam tota oratio contexta docet, non vi et armis tunc Sesti oppidum esse expugnatum. Imo Thucydidis verbis ea in memoriam reuocantur, quae lib. I, cap. 89, de Sesti oppido, olim a Medis occupato et iis erepto, narrauerat. Sed hoc oppidum tunc temporis iam dudum Atheniensium parebat imperio. Retinenda est igitur lectio recepta: *ποτέ*, sicut eam quoque Valla in sua interpretatione Latina expressit. Saepe librarii literas: π et: τ permutarunt. Sicut enim: *ἐπὶ* saepe pro: *ἔτι* posuerunt, ita etiam hoc loco veram lectionem: *ποτέ* mutarunt in: *τότε*.

Cap. 63. *Ἰπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἢ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο* —. Magis veram lectionem octo codices exhibent: *δημοκρατία κατελέλυτο*. Nam aperte propter illud additamentum: *καὶ ἔτι πρότερον* tempus longius praeteritum in hac narratione magis quadrat. Ita etiam Valla in libro suo legit, quia vertebat: *Athenis antiquatus erat status popularis*. — In verbis: *καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται* — quinque codices legunt: *καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἀλλήλοις*. Duo codices scribunt: *ἐπαναστάντες αὐτοῖς ἀλλήλοις*. Unus habet: *ἐπαναστὰς αὐτοὺς ἀλλήλοις*. De reliquis codicibus non satis accurate indicata est lectionis varietas. Si ea, quae capite 21 et cap. 73 de Samiis narrantur, cum loco nostro comparamus, qui primo paucorum imperium seditione facta et multis occisis amouerant, postea vero Pisandri suasu inprimis paucorum imperium denuo coniuratione facta stabilire conabantur, eo quidem tempore, quo etiam Athenis populi imperium aliquamdiu oppressum erat: haec verba nostri loci optime de Samiis intelligi poterunt, qui, quamquam antea paucorum imperium violenta seditione reiecerant, tunc temporis tamen simul cum Pisandro magis spectabant et magno numero optabant paucorum imperium. Quare etiam longe praeferenda est quinque codicum lectio: *καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἀλλήλοις* — *quaτι*

ois ipsi (antea) sponte contra se invicem movissent seditionem. Debuissent quidem haec verba, ut accuratius antecedentibus responderent, ita efferri: *καίπερ ἐπανάσταντων αὐτῶν ἀλλήλοις* —, quia modo antecesserat: *αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατοὺς*. Sed consuetudini Thucydidis, verborum constructionem multiplici modo permutantis, haec erant magis adcommodata. Quare Scholiastes, qui etiam de Samiis antea rebellantibus haec verba intellexit, retinebat in sua interpretatione antecedentium verborum constructionem: *καίπερ ἐπανάσταντων αὐτοῖς τοῖς ὀλιγαρχικοῖς τῶν δημοκρατούντων ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀλιγαρχεῖσθαι*. Etiam Valla in suo libro veram quinque codicum lectionem inuenit: *Samii ipsi hortantur* — *etsi inter se ad seditionem concitati, ne sub statu paucorum degeretur*.

Cap. 64. *Καὶ τῶν πρεσβίων τοὺς ἡμίσεας ἀπέστελλον* —. Plurimorum codd. auctoritate et hoc loco et in verbis: *τοὺς ἡμίσεας ἐς τάλλα τὰ ὑπήκοα* — legendum est: *τοὺς ἡμίσεις ἀπέστελλον* — et: *τοὺς ἡμίσεις ἐς τάλλα* —. Eodem modo etiam in verbis: *τῶν ὑπηκόων πόλεων, αἷς ἂν προσίχωσιν* — Scholiastae et plurimorum codicum consensu scribi debet: *αἷς ἂν ἴσχωσιν* —. Lectio nonnullorum librorum satis elegans: *προσίχωσιν* ex Scholiastae interpretatione: *ἀντὶ τοῦ προσομιῶνται* traxisse originem videtur. Similem Scholiastae interpretationem lectioni falsae occasionem praebuisse putō in verbis ultimis: *τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες* —. Nam undecim codd. vocabulo Thucydidis magis consueto legunt: *ὑπουλον αὐτονομίαν οὐ προτιμήσαντες* —. Nam Scholiastae verba sunt: *τῆς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπουλου εὐνομίας οὐδὲν φροντίσαντες*.

Cap. 65. *Καὶ γὰρ Ἀθροῦλεύ — κρύφα ἀποκτείνουσιν, ὡσπερ καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην οὐχ ἥμισυ ἐξήλασε* —. Quatuor codices et duae editiones melius exhibent: *ὡσπερ καὶ τὸν* —. Quare etiam Dukerus laudavit quidem iure hanc lectionem, sed nondum recepit. Vallae liber eandem lectionem defendit, quia vertebat: *et qui inter praetores extiterat auctor*.

Cap. 66. *Ἄμμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κινάμου ἐνελέγετο*: Septem codicum lectio: *βουλὴ ἢ ἀπὸ τοῦ κινάμου* — est elegans et apta; quare etiam a Wassio

non improbat. — In verbis: οὐτ' εἰ ὑποπτεύοντο, δικαιώσις ἐγίγνετο — octo codicum lectio: εἰ ὑποπτεύοντο, δικαιώσις — est, quia magis incertos, qui inciderent, casus indicat, vulgatae praefenda. Ad eandem codicum lectionem magis confirmandam illi etiam libri, in quibus sine: ω scriptam est: ὑποπτεύοντο, conferunt. — In verbis: καὶ, τὸ ξυνεστηκὸς πολλῷ πλεονήγουμενοι εἶναι, ἢ ἐτύγγανεν, ὃ ἦν, ἠσσωντο ταῖς γνώμασι· καὶ ἐξευρεῖν αὐτὸ, ἀδύνατοι ὄντες — οὐκ εἶχον — nouem libri lectionem magis veram et a Dukero quoque iam comprobata adferunt: ἢ ὅσον ἐτύγγανεν, ὃ ἦν — et pro illo: ἐξευρεῖν αὐτὸ, haud dubie legendum est: ἐξευρεῖν αὐτοὶ, ἀδύνατοι ὄντες, ipsi sponte detegere non poterant —. Quam lectionem: αὐτοὶ non solum sex codices adferunt, sed illi etiam septem libri confirmant, in quibus haec verba ultimo: εἶχον ita male adhaerent: οὐκ εἶχον αὐτοὶ ἐξευρεῖν —. Denique in verbis: διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ διὰ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν — altera particula: διὰ ante: τὴν ἀλλήλων — est eiicenda nouem codicum, qui illam omittunt, auctoritate.

Cap. 67. Ἔστι δὲ ἱερὸν Πρωσιδῶνας ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίων μάλιστα δέκα —. Octo codices articulum: τῆς, non necessarium hoc loco, omittunt ante: πόλεως. Sed maioris ad huius loci interpretationem momenti est Hudsoni emendatio, ut legatur: σταδίων μάλιστα δ' —. Nam ipso loci illius situ, sicut ab antiquis descriptus est, haec emendatio commendatur, et facile ex sequenti: καὶ ἐσήνεγκαν — librarii imperiti illud: δέκα effingere potuerunt. — In verbis sequentibus: ἀνεῖπει γνώμην, nihil mutandum esse censeo, sed variam lectionem multorum codicum: ἀνατρέπει γνώμην cum Abreschio librariorum interpretamentis adnumero. Confirmatur illud: ἀνεῖπειν, clare et aperte sententiam dicere, etiam sequentibus: ἦν δὲ τις τοῦ εἰπόντα ἢ γράφεται —. In verbis vero: ἦν ἂν τις βούλεται — haud dubie trium codicum auctoritate legendum est: ἦν ἂν τις βούληται —.

Cap. 68. Ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὑστερος —. Octo codices apte legunt: ἀρετῇ γ' οὐδενὸς —. Copula: καὶ κράτιστος, quae sequitur, magis cohaeret cum sequenti: καὶ ἂν γνοίη —. Excidit quidem in sex codd. Pariss. particula: ἂν, quae huic loco est aptissima. Sed facile etiam intelligitur, quomodo

excidere potuerit, cum inter: *α* — *γνοιη* esset posita. — In verbis: *ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε θανάτου δίκην, ἀπολογησάμενος* — ad: *ξυγκατέστησε* cum Bauero doctissimo ex antecedentibus intelligo: *ὁ δῆμος, cum eum populus simul cum aliis capitibus causam dicere iuberet.* Cum eodem etiam decem codicum auctoritate legendum esse puto: *ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας θείης* —. Quam lectionem illi etiam codices, in quibus legitur: *αἰτίας θείης*, confirmant, — In verbis: *ὥστε ἀπ' ἀνδρῶν πολλῶν καὶ ξυνετῶν πραγθὲν τὸ ἔργον* — *eximia* et Grammaticae legibus plane adcommodata est unius codicis Dan. lectio: *ὥστε ὑπ' ἀνδρῶν* —. In verbis: *τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἔτει ἑκατοστῶ μάλιστα — ἐλευθερίας παύσαι* — Wassius improbat nouem codicum lectionem: *ἐπ' ἔτει ἑκατοστῶ* —. Facile etiam syllaba superflua: *ἐπ'* ex sequenti: *ἔτει* propter perpetuam literarum: *π* et *τ* permutationem oriri potuit. Sensum tamen non ineptum etiam haec lectio: *ἐπ' ἔτει ἑκατοστῶ* — fundet, quia ipsum temporis momentum, quo quaedam acta sunt, hac particula: *ἐπὶ* saepe indicatur.

Cap. 69. *Ἦσαν δ' Ἀθηναίων πάντες αἰεὶ, οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ' ἐν τάξει* —. Omnium fere codicum lectio postulat, ut scribamus: *Ἦσαν δ' Ἀθηναῖοι πάντες αἰεὶ* —. Qualem dicendi rationem etiam aliis locis Thucydides saepe sequitur. Ut lib. III, c. 105: *οἱ δὲ Ἀκαρῶνες, οἱ μὲν ἐς Ἄργος ξυμβεβήθουν, οἱ δὲ* —. lib. IV, cap. 94: *Ἀθηναῖοι δὲ, οἱ μὲν ὀπλίται — ἱππεῖς δὲ* —. In verbis: *μὴ ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις, ἀλλ' ἀπαθὲν, περιμένειν* — Wassius improbat quindecim codicum lectionem: *μὴ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις*, quia cum dicendi consuetudine Thucydidi propria haec lectio non conueniat. Sed locus lib. VII, c. 28: *οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους* — aperte docet, Thucydidem etiam de castris et statione, ubi milites commorabantur, illud: *ἐφ' ὅπλοις* usurpasse. Praeterea etiam h. l. quinque codices scripturam magis consuetam: *ἀλλ' ἄποθεν* — adferunt.

Cap. 70. *Τοὺς φεύγοντας οὐ κατήγον, τοῦ Ἀλκιβιάδου ἕνεκα* —. In nouem codicibus legitur: *τοῦ Ἀλκιβιάδου δὲ ἕνεκα*. Forte Thucydidēs scripserat: *τοῦ Ἀλκιβιάδου δὲ ἕνεκα*. — In verbis: *καὶ ἄλλους ἔδησαν, τοὺς δὲ καὶ μετέστησαν* — octo codices legunt: *καὶ μετεστήσαντο* —. Utroque modo Thucydidēs hoc vocabulum adhibere so-

let. Ut lib. IV, c. 57: οὗς ἐδόκει ἀσφαλείας ἕνεκα μετασῆσαι — et lib. I, c. 79: μετασθησάμενοι πάντας ἐβουλεύοντο. — Quare plurimum codicum consensu lectionis veritas singulis locis est inquirenda. Numerus orationis certe h. l. lectione: μετασθησαντο magis adiuvatur. In verbis autem antecedentibus: οἱ ἐδόκουν ἐπιτηδεύειν εἶναι ὑπεξαιρεθῆναι — interpretationem Vallae: quia ipsi vii debantur idonei, qui in locum ipsorum substituerentur — huic loco maxime conuenientem esse neque etiam a prima huius vocabuli: ὑπεξαιρεθῆναι, significatione abhorreere puto. — In verbis ultimis: καὶ εἰκὸς εἶναι, αὐτὸν σφίσι, καὶ οὐκέτι τῶ ἀπίστῳ δήμῳ, μᾶλλον ἐυχχωρεῖν — decem codices legunt: εἶναι αὐτοῖς σφίσι καὶ οὐκέτι —. Quia plerumque etiam in aliis locis Thucydides haec duo: αὐτοῖς σφίσι coniungit, et h. l. vi maiore illud: αὐτοῖς propter oppositum: οὐκέτι τῶ ἀπίστῳ δήμῳ; adiiicitur, haec tot codicum lectio non est negligenda.

Cap. 71. Οὐδὲ ἐν τῶ παρόντι πᾶν πιστεύων μὴ οὐκέτι ταραττεσθαι αὐτοῖς —. Cum Dukero pro illo: πᾶν πιστεύων — melius legimus: πᾶν τι πιστεύων —. Ita enim quinque codices legunt, et alii libri, qui scribunt: πάντη, πᾶν τοι, eodem respicere videntur. — In verbis: μᾶλλον ἂν χειρωθῆναι σφίσι, ἢ βούλονται, ἢ καὶ αὐτοβοεῖ — lectio trium codicum: σφίσιν, εἰ βούλονται — sensum huic loco aptissimum continet. Nam tunc indicatur: Athenienses siue sponte et voluntarios captum iri, siue primo statim impetu. Quae duo saepe in narratione scriptorum inuicem opposita reperimus. Etiam Valla hunc locum saltem eodem modo interpretatus est, quia vertit: aut voluntarios —. Quia modo praecesserat particula: ἢ in verbis: ἢ ταραχθέντας — et mox etiam sequitur in verbis: ἢ καὶ αὐτοβοεῖ —, facile etiam illud: εἰ ante: βούλονται errore scribarum in: ἢ transire potuit. Quae quidem emendatio si non placuerit, vulgatam censeo esse retinendam: qua (urbis) parte voluerint (Lacedaemonii). Nam emendatio Reiskii, ut legatur: ἢ βούλονται, et vertatur: celerius quam velint, est ridicula; quia nemo, qui pugnat, se etiam sero aut cito capi voluerit. — In verbis: τοὺς δ' ἐπέλθοντας — ἀπέπεμψαν — non verisimilis est lectio: ἀπέπεμψαν. Nam non in antecedentibus solum, sed in iis etiam, quae sequuntur, de Agide narratio continuatur. Praeterea mi-

lites proprio a δικῆ εὐθ, non ab alijs domum remittuntur. Maiore igitur auctoritate digna est: quatuor codd. lectio: ἀπέπεμψεν. Ita etiam in libro, sup Valla legit, quia vertebat: domum remittit.

Cap. 72. Καὶ τάλλα ἐπιστείλαντες — ἀπέπεμψαν εὐθὺς μετὰ τῆν αὐτῶν μεταστάσων —. Quinque codices, omisso: εὐθὺς, legunt: αὐτοὺς μετὰ τῆν αὐτῶν —. Alii tres codices scribunt: αὐτοὺς: εὐθὺς μετὰ τῆν αὐτῶν —. Utrumque vocabulum a Thucydide scriptum esse censet Dukerus, cuius sententiam equidem non improbo. Porro quinque libri legunt: τῆν αὐτῶν κατάστασιν, quod iure etiam Dukero et Abreschio magis placuit, quia falsa lectio: μεταστάσων haud dubie ex vocabulo: μεταστήσασιν, mox addito, est orta.

Cap. 73. Τῷ αὐτὸν τὸν χρόνον, ὅνπερ αἱ τετρακόσιοι ξυνίσταντο —. Nomen libri addunt: τοῦτοκ, ut legatur: τῷ αὐτὸν τὸν χρόνον τοῦτον, ὅνπερ —, quod additamentum his verbis maiorem in adfirmando vim tribuit. — In verbis: δι' ἣν μόνον μέχρι νῦν ἡ ἀρχὴ αὐτοῖς ἐς τοῦτο ξυνέμεινεν. αἱ δὲ ἀπούσαντες τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕναστον μετήσαν — verba: — μέχρι: τῶν, quae Wassius librariorum additamenti non sine causa adnumerat, quia ad explanationem sequentiam: ἐς τοῦτο adiuncta suis se videntur non occurrunt in tribus codicibus. Neque etiam Scholiastes haec verba legit, quia illud: ἐς τοῦτο explicat: ἤτοι, μέχρι δεῦρο μετέστηκεν. Porro duodecim codicum consensu legendum est: τῶν τε στρατιωτῶν ἕνα ἕναστον —.

Cap. 74. Ἀποπέμπουσιν — ἀγγελοῦντα τὰ γενημένα —. Quatuor codices legunt: ἀπαγγελοῦντα τὰ γενημένα —, quod inprimis etiam a Wassio probatur! Unus codex scribit: ἀπαγγελοῦντες —. Dno Paris.: ἀπαγγελοῦντας —. Mihi quoque placet lectio: ἀπαγγελοῦντα, quia Thucydides verba composita inprimis amat. — In verbis: κατακλεισάντων αὐτῶν, τῶν μὲν Παράλων τινῶς — ἔθσαν — lectionem adferunt elegantiozem quatuor codices: αὐτῶν, εὐθὺς τῶν μὲν Παράλων τινῶς. — Denique in verbis: καὶ μετεκβεβάσαντες εἰς ἄλλην στρατιωτῶν καὶν ἔταξαν — sex codices verbum in tali narrationum genere magis consuetum adferunt: καὶ μεταβεβάσαντες ἐς ἄλλην —. Quam igitur lectionem praefero. Nam lectio vulgata: μετεκβεβάσαντες, quae codicum consensu destituitur, minus quadrat, quia iam antecesserat: ἀπε-

λόμενοι τὴν ναῦν. Alii quatuor libri etiam sensum ab hoc loco alienum adferunt lectione: καὶ μετεμβιβάσαντες ἐς —, quia hoc indicaret, in aliorum locum eos iam nauem militarem conscendisse. — In verbis: εἶρξεν, ἴνα, ἢ μὴ ὑπακούσῃσι, τεθνήκωσι — quatuor codices adferunt huic loco maxime conuenientem vocabuli grauioris lectionem: ὑπακούσῃσι, τεθνήξονται —. Eodem quoque alii codd. lectione: τεθνήξονται — et unus Paris. scribendo: τεθνήξωσι οἷται — respiciunt.

Cap. 75. Λαμπρῶς ἦδη ἐς δημοκρατικὴν βουλόμενοι μεταστήσαι τὰ ἐν τῇ Σαμῷ —. Nouem codices legere iubent: βουλόμενοι μεταστήσαι τὰ ἐν τῇ Σαμῷ —. Ita cap. 74. haec mutata reipublicae forma etiam dicebatur: μεταστάσεις, et in nostro capite etiam adpellatur: μεταβολή. Quare verisimilior est haec codicum lectio. — In verbis: καὶ τὸν πρὸς τοὺς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν — duodecim libri omittunt articulum: τοὺς ante: Πελοποννησίους —. Quare non amplius opus est hoc additamento.

Cap. 76. Ἐν ἣ τὸς προτέρους στρατηγούς — ἔπανσαν —. Nouem codices apte legunt: τοὺς μὲν προτέρους —, ut illud referatur ad sequentia: ἄλλους δὲ —. In verbis: παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιούντο ἐν σφίσι ἀνιστάμενοι — admittenda est septemdecim librorum auctoritas, ut consueta dicendi ratione, in Thucydide obuia, legatur: ἐν σφίσι αὐτοῖς ἀνιστάμενοι —. In verbis: τὰς ἄλλας πόλεις, ὧν ἀρχούσιν, ἀναγκάσειν — legendum est sexdecim librorum consensu: τὰς τε ἄλλας πόλεις —. Nam in sequentibus ei respondet: πόλιν τε γὰρ σφίσι ὑπάρχειν —. In verbis: ἀλλ' ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος — ἀφελέσθαι — haud dubie legendum est: παρ' ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος —. Nam duo codices lectionem: δὴ ἦλθε tuentur. Alii codices simul cum Scholiasta magno numero lectionem falsam: διεῖλθε proferunt, quae ex vera: δὴ ἦλθε est orta. Porro quindecim codices, articulo: τῶν adiuncto, legunt: τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος. — In verbis: καὶ νῦν ἐς τοσοῦτο καταστήσονται, μὴ βουλόμενοι σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι — septem codices legunt: μὴ βουλομένων σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι. Qua lectione admissa, longe maior his verbis obscurioribus lux adiungitur. Nam sensus erit: *Ipsos,*

qui Samum teneant, suis viribus fretos (δὲ ἑαυτοῦς) prius potiri debere illo in Piræeum ingressu. Iam talem eos esse nacturos potentiam, ut, si nolint (Athenienses) pristinam ipsas restituere civitatis formam, eos iam magis a mari arcere valeant. Eundem his Thucydidis verbis sensum inesse iam Scholiastes censuit. — In verbis: μήτε ἀργύριον ἔτι εἶχον κέρπειν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐπορίζοντο οἱ στρατιῶται — praefero novem codicum lectionem: ἀλλ' αὐτοὶ ἐπορίζοντο — sed sua sibi opera ipsi milites pararunt. Nam lectio: αὐτοῖς non aptum fundit sensum, qui cum temporis illius historia connexire possit. — In verbis: ἡμαρτημέναι τοὺς πατέρας νόμους καταλύσαντας — Dukerus quidem non admittendam censet decem codicum lectionem: ταῦς πατρῴους νόμους —, quia verbum in hac causa magis sollemne sit: πατέρας. Sed tot librorum consensus mihi non negligi posse videtur, cum etiam illud: πατρῴοι νόμοι non ineptam fundat sensum et in multis locis duo vocabula: πατρός et: πάτριος similem contineant significationem. — Denique in verbis: ὥστε οὐδὲ ταύτους, οἵπερ ἂν βουλευοίεν τι χρηστόν παρὰ σφίσι, χείρους εἶναι — novem libri lectionem proferunt huic loco maxime adcommo-
tam: ταύτους οἵπερ ἂν βουλευοίεν —. Nam his verbis aperte Athenienses in Sami insula congregati indicantur, quorum decreta, si ad civitatis commoda spectent, ubicunque locorum (οἵπερ) versentur, licet nunc non Athenis sint congregati, tamen sint admittenda neque minoris auctoritatis.

Cap. 77. Ὡς ταῦτα, ἐν τῷ Ἀήλω ἤδη ὄντες, ἤσθαιοντο, ἡσυχάζου —. Quatuor codices non male legunt: ἡσυχάζου αὐτοῦ —. Ita omnis ambiguitas tollitur, quae in verbo: ἡσυχάζου latebat. Etiam Valla in suo libro ita legebat, quia vertit: *ibidem siluere*.

Cap. 78. Οὔτε νῦν, ὅτε στασιάζειν τε λέγονται καὶ αἱ πῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἶσιν, ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφρίους ναῦς μένοντες, ἄλλως ὄνομα, καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύειν διατριβῆναι —. Vel hoc unicum caput libri octavi satis probare et persuadere poterit attento Thucydidis lectori, falsam esse eorum sententiam, qui non ab ipso Thucydide conscriptum esse librum octavum opinantur. Nam non ipsa narrandi ratione, Thucydide, summo historicorum scriptore, digna differt hic liber ab reliquo

λόμενοι τὴν ναῦν. Alii quatuor libri etiam sensum ab hoc loco alienum adferunt lectione: καὶ μετεμβιβάσαντες εἰς —, quia hoc indicaret, in aliorum locum eos iam nauem militarem conscendisse. — In verbis: εἶψεν, ἵνα, ἢ μὴ ὑπακούσωσι, τεθνήκωσι — quatuor codices adferunt huic loco maxime conuenientem vocabuli grauioris lectionem: ὑπακούσωσι, τεθνήξονται —. Eodem quoque alii codices lectione: τεθνήξονται — et unus Paris. scribendo: τεθνήξωσι οὔται — respiciunt.

Cap. 75. Λαμπρῶς ἤδη ἐς δημοκρατίαν βουλόμενοι κατὰσῆσαι τὰ ἐν τῇ Σαμῶ —. Nouem codices legere iubent: βουλόμενοι μεταστῆσαι τὰ ἐν τῇ Σαμῶ —. Ita cap. 74. haec mutata reipublicae forma etiam dicebatur: μεταστάσις, et in nostro capite etiam adpellatur: μεταβολή. Quare verisimilior est haec codicum lectio. — In verbis: καὶ τὸν πρὸς τοὺς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διολίσειν — duodecim libri omittunt articulum: τοὺς ante: Πελοποννησίους —. Quare non amplius opus est hoc additamento.

Cap. 76. Ἐν ἣ τὸς προτέρους στρατηγούς — ἐπαύσαν —. Nouem codices apte legunt: τοὺς μὲν προτέρους —, ut illud referatur ad sequentia: ἄλλους δὲ —. In verbis: παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιούντο ἐν σφίσι ἀνιστάμενοι — admittenda est septemdecim librorum auctoritas, ut consueta dicendi ratione, in Thucydide obuia, legatur: ἐν σφίσι αὐτοῖς ἀνιστάμενοι —. In verbis: τὰς ἄλλας πόλεις, ὧν ἀρχούσιν, ἀναγκάσειν — legendum est sexdecim librorum consensu: τὰς τε ἄλλας πόλεις —. Nam in sequentibus ei respondet: πόλιν τε γὰρ σφίσι ὑπάρχειν —. In verbis: ἀλλ' ἢ πρὸ ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος — ἀφελέσθαι — haud dubie legendum est: πρὸ ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος —. Nam duo codices lectionem: δὴ ἦλθε tuentur. Alii codices simul cum Scholiasta magno numero lectionem falsam: διεῖλθε, proferunt, quae ex vera: δὴ ἦλθε est orta. Porro quindecim codices, articulo: τῶν adiuncto, legunt: τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος. — In verbis: καὶ νῦν ἐς τοσοῦτο κατασπῆσονται, μὴ βουλόμενοι σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι — septem codices legunt: μὴ βουλομένων σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι. Qua lectione admissa, longe maior his verbis obscurioribus lux adiungitur. Nam sensus erit: *Ipsos,*

qui. *Sanctum teneant, suis viribus fretos (δὲ ἑαυτοῦς) prius potiri debere illo in Piræeum ingressu. Iam talem esse nacturos potentiam, ut, si nolint (Athenienses) pristinam ipsis restituere civitatis formam, eos iam magis a mari arcere valeant.* Eundem his Thucydidis verbis sensum inesse iam Scholiastes censuit. — In verbis: *μήτε ἀργύριον εἶς εἶχον κέμπειν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐπορίζοντο οἱ στρατιῶται* — praefero novem codicum lectionem: *ἀλλ' αὐτοὶ ἐπορίζοντο* — sed sua sibi opera ipsi milites pararunt. Nam lectio: *αὐτοῖς* non aptum fundit sensum, qui cum temporis illius historia convenire possit. — In verbis: *ἡμαρτημέναι τοὺς πατέρας νόμους καταλύσαντας* — Dukerus quidem non admittendam censet decem codicum lectionem: *τοὺς πατρώους νόμους* —, quia verbum in hac causa magis sollemne sit: *πατέριος*. Sed tot librorum consensus mihi non negligi posse videtur, cum etiam illud: *πατρώοι νόμοι* non ineptum fundat sensum et in multis locis duo vocabula: *πατέριος* et: *πάτριος* similem contineant significationem. — Denique in verbis: *ὥστε οὐδὲ τῶντους, οἵπερ ἂν βουλευοίεν τι χρηστόν παρὰ σοφίαι, χεῖρους εἶναι* — novem libri lectionem proferunt huic loco maxime accommodatam: *ταύτους οὐπερ ἂν βουλευοίεν* —. Nam his verbis aperte Athenienses in Sami insula congregati indicantur, quorum decreta, si ad civitatis commoda spectent, ubique locorum (*οἵπερ*) versentur, licet nunc non Athenis sint congregati, tamen sint admittenda neque minoris auctoritatis.

Cap. 77. *Ὡς ταῦτα, ἐν τῷ Ἀήλῳ ἦδη ὄντες, ἤσθαι κούοντο, ἡσύχαζον* — Quatuor codices non male legunt: *ἡσύχαζον αὐτοῦ* —. Ita omnis ambiguitas tollitur, quae in verbo: *ἡσύχαζον* latebat. Etiam Valla in suo libro ita legebat, quia vertit: *ibidem siluere*.

Cap. 78. *Οὔτε νῦν, ὅτε στασιάζειν τε λέγονται καὶ αἱ κῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἶσιν, ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφρόνους καὺς μένοντες, ἄλλως ὄνομα, καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύειν διατρίβηται* —. Vel hoc unicum caput libri octavi satis probare et persuadere poterit attento Thucydidis lectori, falsam esse eorum sententiam, qui non ab ipso Thucydide conscriptum esse librum octavum opinantur. Nam non ipsa narrandi ratione, Thucydide, summo historicorum scriptore, digna differt hic liber ab reliquo

eius opere, quia etiam in hoc libro rerum gestarum causas accurate inquiri, et ex ipsa cogitandi et dicendi consuetudine cuiuslibet viro et populo, quorum iniecit mentionem, propria, ipsorum actiones et fata, tanquam verisimillimos consiliorum effectus deriuat. Si quid discriminis in rebus gestis libri octavi enatranda animaduertere licet, quo a librorum differat antecedentium narratione, in eo tantum mihi quidem deprehendi videtur, quod nullas orationes artificiose conscriptas huic libro octauo intexuit, sed talium potius orationum atque consiliorum, quae illis continentur, argumentum verbis paucioribus in ipsa narrationis serie attigit atque strictim indicauit, ut satis adpareat attento lectori, ad finem sui operis properasse Thucydidem, quod tanto iam artificio per septem libros continuauerat, quia forte ipsa aetate iam iam ingrauescentis molestia eum deterrebat ab operis longioris continuatione, sicut iam Marcellinus censuit in libello de Thucydidis vita et dicendi genere conscripto, ubi adfirmat pag. 728. ed. Beck.: *ἐνθεν καὶ λέγομεν, ὡς ἀσθενέστερον πέφρασται καὶ ὀλίγον, καθότι ἀρρώστῳ αὐτῆν (sc. τὴν ὁγδόην ἱστορίαν) φαίνεται συντεθειμένος.* Partim vero etiam ipsum narrationis argumentum, Thucydidis, Atticae gentis cultori, tristissimum, quod collapsas res Atheniensium et statum ciuitatis ad interitum magis magisque properantem complectitur, ne pluribus res ipsae ingratas proponeret, eum retinuit. Praeterea in hoc libro octavo, sicut in antecedentibus libris factum est, et quidem eadem quoque occasione, quando nempe quandam belli tot annis continuati annum esse finitum indicabat, sui nominis, quippe qui conscripserit has res gestas, cap. 6 et cap. 60, in verbis: *ὁν Θουκυδίδης συνέγραψε*, mentionem iniecit. Grauisimum denique argumentum, quo hunc librum ab ipso etiam Thucydidis conscriptum esse adfirmamus, ex conciso scribendi genere et ex constructione verborum saepe mutata ideoque non raro intellectu difficillima repetimus. Sicut igitur in toto Thucydidis opere innumera huius dicendi rationis exempla occurrunt: ita etiam hoc caput 78, propter verba contorta et per synesin et alias orationis figuras varie mutata, ipsi Thucydidis proprium esse, satis superque declarat. Verba huius capituli: *αὶ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἶσιν*, Scholiastes, quia adiecit: *ἤγουν, οὐχ ὁμο-*

νοούσι, aliique interpretes de Atheniensium, tunc temporis inter se dissidentium; classe explicant. Sed iam particula: οὐδέπω, nondum, quae inest his verbis, indicat, ad sequentia potius haec verba esse trahenda ideoque de Peloponnesium classe; quae nota Tissaphernis promisso incrementa exspectabat, intelligi debere. Duplex igitur idque contrarium continent argumentum haec verba, quo partim postulant Lacedaemonii; ut proelium nauale committatur, quia nunc dissideant Athenienses (οὐκ οὐκίαν τε λέγονται) ideoque sunt impotentiores; partim Astyocho aperte tergiversabatur, ne proelium committeret, quia Peloponnesium classis cum promissis Phoenicum navibus sit nondam coniuncta. Hunc vero Astyocho praetatum in sequentibus infirmitat scriptor Peloponnesium nomine; quia Spartanis verba dare videatur Tissaphernes et timendum sit, ne tempus terendo pedetentim vires Peloponnesium imminuantur. Non amplius igitur esse cunctandum et quam primum committendum cum Atheniensibus nauale proelium. Quae si vera est horum verborum interpretatio, particulam: καὶ ante: αἱ νῆες αὐτῶν ex Astyocho sententia verto: sed tamen. Porro verbo: μένοντες synesin inesse puto. Nam quia illud: αἱ νῆες αὐτῶν, respicitur, Thucydides scribere debuisset: μένουσαι. Iam vero sub: μένοντες ipsi Peloponneses, harum navium possessores, intelligendi sunt. Commate autem post: μένοντες sublato et post: ἄλλως potius collocato, vocabulum: ἄλλως cum: μένοντες coniungo, ut indicetur: frustra exspectantes. Verba: ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον cum aliis interpretibus ad: Φοινισσας ναῦς refero, ut metonymia indicetur et adpositione grammatica, has Phoenicum naues nomine quidem et verbo esse promissas, sed non re vera missum iri. In verbis denique: ἀλλὰ — μένοντες — κινδυνεύσειν (nam ita propter nouem codicum et haud dubie etiam Vallae libri consensum pro illo: κινδυνεύειν legendum esse puto) διατριβῆναι —, quia in iis aliud argumentum Astyocho tergiversanti oppositum continetur, constructione denuo mutata ex antecedentibus verbum finitum: λέγονται intelligo. Ergo sensus horum verborum erit: Ne nunquam quidem (Astyocho pugnare velle); cum (Athenienses) dissidere dicantur; sed tamen nondum (Astyocho praetendente) ipsorum (Peloponnesium) naues in eo sint

statu, contraria autem ratione (εἰλλὰ) Lacedaemoni frustra expectantes illas Phoenicum naues, a Tisapherne verbo quidem sed non re vera promissas, periculum adituri esse dicantur, ne conterantur ipsorum vireae. — Etiam in verbis sequentibus: τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνην τὰς τε ναῦς ταύτας οὐ νομίζων καὶ τροφήν ὅτι οὐ ξυνσχῶς οὐδ' ἐντελήθεις διδοῦς, κακοὶ τὸ ναυτικόν — *misra verborum coniuictorum permutatio deprehenditur. Nam aperte scribere deberet: καὶ κακοῦν. Modo igitur infinitiui forma (τὸν Τισσαφέρνην — νομίζειν) modo verbi finitiui forma (καὶ — κακοῖ) sententiam suam Thucydides in uno eodemque orationis membro expressit. Praeterea etiam illud: διδοῦς, quia cum: ὅτι est coniuictum, pro verbo finito, quasi scripsisset: διδοῦς ἐστὶ, est positum. Nam participia saepe pro verbis finitiuis poni, multis illustrare exemplis non est necesse.*

Cap. 79. Ἐπλεον πρὸς τὴν Μυκάλην — *Forma magis Attica septem codices legunt: ἐπλεον ὡς πρὸς τὴν Μ. quae lectio etiam a Wassio probatur. Eodem respicit codex, qui exhibet: ἐς πρὸς τὴν —. Nam particulae: ἐς et: ὡς librarii saepenumero permutant. Exempla huius permutationis etiam occurrunt in variis lectionibus lib. IV, c. 100, lib. VI, c. 71 et c. 75, lib. VIII, c. 5 et c. 81. — In verbis: ὡς εἶδον τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐπιπλεούσας — legendum est omnium fere codicum auctoritate: καὶ ὡς εἶδον —. Particulae: καὶ post parenthesis praemissam explicandi via h. l. inesse videtur: cum nemp̄e viderent —. In verbis: καὶ ἅμα (προήσθοντο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Μιλήτου ναυμαχουσιοντας) προσεδέχοντο καὶ τὸν Στραμβυχίδην — non adcurate cohaeret haec parenthesis cum sequentibus. Nam non propterea Athenienses expectabant Strombichidae aduentum, quia praesenserant, Peloponnenses cupiditate proelii navalis committendi flagrare, sed quia nuntius ad eum missus erat; sicut statim in verbis sequentibus indicatur: προὔπεμπετο γὰρ αὐτοῖς ἄγγελος. Puto igitur signa parentheseos in his verbis esse omittenda, quia illud: καὶ ἅμα — cum sequentibus adcurate cohaeret. Duo enim argumenta proposuit scriptor, quibus instigati sint Athenienses, ut cum classe sua ex litore terrae continentis in tutiorem Sami portum recederent. Prius est, quia praesenserant, pugnae committendae cupiditate (καὶ ἅμα προήσθοντο γὰρ)*

Athenienses flagsare. Alterum vero, quia Strömbichidae accessiti aduentum exspectare malebant. Omisso igitur parentheseos signo etiam admittenda est septemdecim codicum lectio: προσεδέχοντο δὲ καὶ τὸν —, ut iam illae particulae: καὶ ἅμα — γὰρ et: προσεδέχοντο δὲ καὶ — latine sint vertendae: *Simul enim non solum praesenserant — sed exspectabant etiam —*. In verbis: ναυσὶν ἐπ' Ἀβύδου ἀφικομέναις προσβοηθήσειν προὔπεμπετο γὰρ αὐτῷ ἄγγελος — praefero lectionem quatuor codicum: ἐπ' Ἀβυδὸν ἀφικομέναις —. Nam dux Atheniensium non tam versus Abydi urbem, (ἐπ' Ἀβύδου) quam potius contra illam urbem, (ἐπ' Ἀβυδὸν) ut eam expugnaret, profectus erat. Ita etiam cap. 62. de eodem duce legitur: ἐπ' Ἀβυδὸν ἦλθε —. Porro vocabulum: προὔπεμπετο haud dubie non est positum a Thucydide. Nam scripsisset: προὔπέπεμπετο, sicut iam Bauerus doctissimus adnotavit. Lego igitur trium codicum auctoritate: προὔπέπεμπετο γὰρ αὐτῷ ἄγγελος —. In verbis denique sequentibus: καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐπὶ τῆς Σάμου ἀνεχώρησαν — admittenda est apta novem librorum lectio: ἐπὶ τῆς Σάμου ἀπεχώρησαν, versus *Satum recesserunt*. Quod aperte conuenit cum antecedenti: ὑπεχώρησαν ἐς τὴν Σάμον. Etiam Valla in libro suo ita legisse videtur, quia vertebat: *cum se in Samum Athenienses subduxissent*. Recessus autem in Sami portum, qui alia verbo proprio: κατάγεσθαι indicatur, minus apte ex recepta lectione: ἀνεχώρησαν elici poterit.

Cap. 80. Καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι, αἱ πλείους μετὰ Κλεόρχου — αἱ δὲ μετὰ Ἐλίξου —. Hudsonus quidem cum Stephano in verbis: αἱ πλείους — pleonasmum articuli adesse putat, sed si sequimur novem codicum auctoritatem, qui legunt: αἱ δὲ πλείους —, nullus quidem pleonasmus superest. Nam illud: αἱ μὲν — in unum omnes quadraginta naues indicat, quarum aliae (αἱ δὲ) eaeque plures Miletum redierunt, aliae vero (αἱ δὲ) numero decem in Hellespontum euaserunt.

Cap. 81. Καὶ μάλιστα Θρασύβουλος, αἰεὶ τε τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος —. Decem codices legere iubent: καὶ αἰεὶ τε τῆς αὐτοῦ —. Non enim superfluum est illud: καὶ, quia verba: καὶ — ἐχόμενος — in sequentibus respondent verbis: καὶ — πλεύσας —. In verbis: καὶ τέλος ἐπ' ἐκκλησίας ἔπεισε τὸ πλῆθος — artissima lectio: καὶ

τέλος ἐπ' ἐκκλησίας — a decem codicibus adfertur, quædam dignam esse iudico, quæ recipiatur. Nam non post concionem habitam, sed in ipsa concione conuocata militibus persuasit. — In verbis: *τινθε ἰδῶν ζυμφορὰν τῆς φωνῆς ἐπητίασε καὶ ἀνωλοφύρατο* — offendit forma: *actuaa: ἐπητίασε* inter Græcos minus consuetæ. Non dubito igitur, lectionem undecim codicum: *ἐπητιάσατο καὶ ἀνωλοφύρατο* esse recipiendam. — In verbis: *καὶ περὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ εἰπὼν* — nouem libri omittunt articulum: *τῶν*, qui etiam saluo horum verborum sensu abesse poterit. — In verbis sequentibus: *ἐς ἐλπίδας καὶ αὐτοῖς οὐ μικρὰς περὶ τῶν μελλόντων καθίστη* — sexdecim libri eiciere iubent particulam: *περὶ* ante verba: *τῶν μελλόντων* —, sicut etiam aliis scriptorum loca sæpe vocabulum: *ἐλπίς* soli genitiuo adiunctum legitur. Etiam Dukerus iam propter codicum consensum illius particulæ: *περὶ* additamentum improbat. — In verbis ultimis: *εἰ αὐτὸς καταλθὼν αὐτῷ ἀναδέξαιτο* — ex septem codicibus legendum est: *εἰ σὼς αὐτὸς καταλθὼν αὐτοῖς ἀναδέξαιτο* —. Alii duo codices, qui exhibent: *ὡς αὐτὸς* —, et alius, qui legit: *εἰδὼς* —, eandem codicum priorum lectionem: *σὼς* confirmant. Etiam Wassio vocabulum: *σὼς*, huic loco adiectum, placet. Sed alteram lectionem: *αὐτοῖς*, improbat. Causam tamen non adiecit, cur hanc lectionem: *αὐτοῖς* (sc. *Ἀθηναίους*), huic quidem loco aptissimam, non admisserit.

Cap. 82. *Οἱ δὲ ἀκούοντες ταῦτά τε καὶ ἄλλα πολλὰ στρατηγὸν* — *εἰλοντο* —. Undecim codices legere iubent: *οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα* —. Eandem lectionem, quæ orationi contextæ est plane adcommodata, etiam Vallæ Hber adhibuit, quia vertebat: *Hæc illi* — *simulatque audiuere* —. In verbis: *καὶ στρατηγὸς ἤδη ἤρηται καὶ εὖ καὶ κακῶς οἷός τε ἐστὶν αὐτὸν ποιεῖν* — particulam: *ἤδη* plurimi codd. longe alio loco collocant. Nam illud: *ἤδη* ante: *ἤρηται* omittunt et loco aptiori intrudunt legendo: *αὐτὸν ἤδη ποιεῖν* —. Illi etiam codices, qui adhuc retinent: *ἤδη* ante: *ἤρηται* —, tamen simul ante: *ποιεῖν* retinent.

Cap. 85. *Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης διαβεβήκει ἤδη παρὰ τοῦ Τισσαφέρους* —. Plurimi codices ante: *ἤδη* inserunt: *πάλιν*. Quam particulam Valla quoque in libro suo innenit, quia vertebat: *et Alcibiades rursus a Tissapherne*

Sainum — Praeterea sex codd. sine augmento legunt: διαβεβήκει, quod non solum Graeci in aliorum verborum tempore plusquamperfecto solent interdum omittere, sicut iam adnotavit Perizonius in notis ad Aelian. V. H. lib. III, cap. 19, sed compositis etiam verbi: βαίνω inprimis est peculiare, sicut Dukerus animaduertit ad Thucyd. lib. VII, c. 44. Tot igitur codicum auctoritate legendum est: ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης διαβεβήκει πάλιν ἴδῃ —.

Cap. 86. Πολλὴν ἐλπίδα εἶναι ξυμβῆναι —. Nouem codices apte legunt: ἐλπίδα εἶναι καὶ ξυμβῆναι, *specta de pace etiam ineunda adfore.* — In verbis: οἱ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιωτικῇ νῆϊ ὑπὸ τῶν τετρακοσίων περιπλεῖν Εὐβοίαν καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαιμόνα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις — omnes fere codices legunt: τετρακοσίων πέμπουσι πρέσβεις —, quare illa lectio: πεμπτοὺς ex interpretamento orta esse videtur. Sed non tam facile est, illud: πέμπουσι in hoc loco explicare. Partim ea respiciuntur, quae cap. 74. de nave Atheniensium publica narrata sunt. Forte excidit articulus: οὗς ante particulam: ἐς, qui facile propter similitudinem utriusque vocis monosyllabae perire potuit. Quodsi quidem haec coniectura admittitur, ut legamus: καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων, οὗς ἐς Λακεδαιμόνα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πέμπουσι, πρέσβεις —, nulla amplius difficultas in hoc loco remanebit explicando. Inprimis etiam hac emendatione vocabulum: Ἀθηναίων cum illo: πρέσβεις optime connectitur, quod alias sine addito articulo: οὗς ab eodem: πρέσβεις nimis esset remotum.

Cap. 87. Τῇ δὲ στρατιᾷ προτάξεν, ἔφη, Ταμῶν ἐαυτοῦ ὑπαρχον —. Cum vocabulum: Ταμῶς supra cap. 51. scriptum sit: Τάμως, haec librariorum inconstantia non est ferenda et haud dubie admittenda est Dukeri sententia, ut in hoc vocabulo Aegyptio Xenophontis et Diodori Siculi auctoritate ubique scriptura: Ταμῶς recipiatur. — In verbis: καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἐμελλε χορηγεῖσθαι — illorum atque interpretum sententiam, qui legere subent: καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς — nam vel sic nihil eis erat usurus. Quamuis enim illud: ὡς pro: οὐτως saepius a poetis adhibeatur, multis tamen locis etiam Thucydides hac particula: ὡς usus est; ut lib. I, c. 74: μηδ' ὡς τὸ τῶν περιλοιπῶν ξυμμάχων κοινὸν προλεπέτω cap.

152: ἀλλ' οὐδ' ὡς οὐδέ — πιστεύσαντες. Lib. III, cap. 53: εἰ καὶ ὡς μὴ διανοοῦντο μένειν. cap. 57: ὡς εὖν γρη καὶ ἡμᾶς ποιοῦντας μὴ — παρανεῖν. Lib. V, cap. 55: οὐδ' ὡς ἔδυνήθησαν ξυμβῆναι. Lib. VII, cap. 28: μὴδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας. cap. 74: ἐπειδὴ καὶ ὡς οὐκ εὐθὺς ὤρμησαν. cap. 75: οὐδ' ὡς ῥαδίᾳ ἐν τῷ παρόντι ἔδοξάζετο. cap. 81: καὶ ἐνόμιζον καὶ ὡς — λήψεσθαι αὐτοὺς —. Ex quorum locorum comparatione simul adparebit, Thucydidem cum illo: ὡς saepissime negandi particulam solere coniungere. Qua observatione etiam nostro loco haec emendatio magis confirmabitur. — In verbis: *καταφωρὰ δὲ μάλιστα, καὶ ἦν εἶπε πρόφασιν οὐ κομίσας τὰς ναῦς* — non admitto Stephani interpretationem, quamvis etiam Dukerus eam sequatur, qua imprimis ad perniciem Graecorum spectauerit ille Tissaphernis praetextus, nondum tanto numero congregatas esse Phoenicum naues, quanto rex Persarum imperauerit. Non eo enim, ut haec praetenderet Tissaphernes, Graecorum maturabatur perniciēs, quam quod auxilium ipsis promissum tam diu retinebat. Ille vero praetextus, quia ineptus erat, inhonesta potius Tissaphernis consilia, quibus fracturus erat Graecorum vires, magis patefecerat. Ex codicum vestigiis igitur legendum esse censeo: *κατάφωρα δὲ μάλιστα* — *maxime autem manifestum est* (sc. Tissaphernem retinendo nauium auxilio atterere Graecorum vires voluisse) *ex praetextu, quem propter classem non missam protulit*. In antecedentibus modo dixerat Thucydides: *ἐπιφανὲς εἴηεν* —. Ad quod iam optime superlatiuo gradu refertur illud: *κατάφωρα δὲ μάλιστα*. Thucydidis more hoc neutrum numero plurali effertur pro: *κατάφωρον δὲ μάλιστα ἐστὶ* —. De qua Thucydidis consuetudine iam eius interpretes in notis ad lib. I, cap. 1, egerunt. Ita enim praeter alia multa legitur lib. I, cap. 2: *τὰ πρότερα*. cap. 72: *παρητηρία*. cap. 79: *πολεμητήα*. cap. 86: *παραδοτήα*. — *διακριτήα*. cap. 93: *ἀνθηκτῆα*. cap. 125: *ἀδύνατα*. Lib. VI, cap. 25: *πλευροτήα*. Lib. VII, c. 60: *βουλευτήα* etc. In aliis quidem locis non usurpauit Thucydides hoc vocabulum: *κατάφωρον*. Occurrit tamen in Plutarchi scriptis et plane similem verbo: *καταφωρίων* significationem obtinet. Codices vero, ex quibus hanc emendationem: *κατάφωρα* elicui, sunt cod. Ar. qui scripsit: *καταφωρὰ*, Cod. Cl. et duo Pariss. qui habent: *κατά-*

φωρος, Codd. Aug. et Cass.: καταφωρῶν, et Vallae liber, quia ille vertit: *etonim maxime evidentis tergiversationis fuit, quod causabatur, cur naues non adportasset.* — In verbis: ἐλάσσους ἢ ὅσας ὁ βασιλεὺς ἔταξε — decem codd. omittunt articulum: ὁ ante: βασιλεὺς, qui non semper additur, si regem Persarum hoc vocabulum indicat. Ita statim in sequentibus Thucydides scripsit: ἀναλώσας πολλὰ τῶν βασιλέως —

Cap. 88. Ὁ μὲν ἄρας εὐθύς τῆς Φασήλιδος καὶ Κανῶν — Et significatio particulae: εὐθύ, *recta*, quando cum genitio coniungitur, et codicum plurimorum auctoritas legere iubent: ἄρας εὐθύ τῆς Φασήλιδος —, quod iam Dukerus aliique susserunt.

Cap. 89. Καὶ Ἀριστοκράτην τὸν Σκελλίου καὶ ἄλλους — Octo codicum auctoritate legendum est: τὸν Σκελλίον siue: τὸν Σκελλίου —, sicut iam Hudsonus suadet et in primis testimonio ex Demosthene allato confirmavit. Duplex λλ etiam quidam codd. qui vulgatam lectionem: Σκελλίον tuentur, adferunt. — In verbis: τοὺς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα προεβουμένους ἔπεμπον — ad ditamento non inepto nouem codices legunt: σπουδῆ πάνυ τοὺς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα —. Idem quoque Valla in libro suo inuenit, quia vertebat: *legatos mature sane Lacedaemonem miserant.* — Quare illa lectio non est reiicienda. — In verbis ultimis: ἠγωνίζετο οὖν εἰς ἕκαστος ὑπερβολὴν αὐτὸς πρῶτος προστάτης τοῦ δήμου γενέσθαι — non ferri potest lectio: ὑπερβολὴν. Nam siue: ὑπερβολῆ, sicut unus Paris: exhibet, scribendum est, siue: ἕκαστος ἐς ὑπερβολὴν αὐτὸς —, sicut etiam in quatuor codd. legitur, eaque lectio mihi magis placet, quam ut trium codicum auctoritate plane omittamus vocabulum: ὑπερβολὴν.

Cap. 90. Καὶ παρ' αὐτὴν εὐθύς ὁ ἔσπλους ἐστίν. Quatuordecim libri legunt: εὐθύς ὁ ἐπίπλους ἐστίν. Quae si vera est lectio, sensus est horum verborum: *ea parte statim nauium impetus fieri solet et potest.* Ipsa oratio contexta hanc codicum lectionem defendit. Nam proxime antecesserant haec verba: ἵνα τοὺς πολεμίους μᾶλλον — δέξωνται — et statim haec sequuntur: ὥστε καθέξομένων ἐς αὐτὸν ἀνθρώπων ὀλίγων, ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου. Nihil est, quo apte referatur illud: ἐς αὐτὸν, nisi retineamus codicum lectionem: ἐπίπλους, ut iam sensus existat:

quando vel pauci homines contra nauium impetum in statione collocati fuerint: Quia lectionem: ἐπίπλους non-dum recaperat Aem. Portus, propterea h. l. legera maluit: ἐς αὐτό (sc. τῆχος) sine codicum auctoritate. Si ad: ἐς αὐτὸν cum aliis supplendum esset: ἔσπλου; haud dubie non repetiisset Thucydides statim in sequentibus: ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου. — In verbis: καὶ ἤρχον αὐτοὶ αὐτῆς, ἐς ἣν καὶ — nouem codices apte legunt: καὶ ἤρχον οἱ αὐτοὶ αὐτῆς —. Quod referri debet ad: ὁ θηραμένης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ — et illud: ἤρχον eodem sensu adhibetur, quo in antecedentibus adfuit: ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου.

Cap. 91. Ἐξειργόμενοι δὲ τούτου, μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου τε αὐθις γενομένου — διαφθαῖναι —. Tredecim codices cum vi maiore legunt: ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου. — Etiam Valla ita legit, cum verteret: hoc quomoe excluso. Praeterea copulam: τε post vocabulum: δήμου quinque codd. non sine causa eijciunt, quia haec particula in sequentibus nihil habet, ad quod apte referatur.

Cap. 92. Ἐρμων τῶν περιπόλων τις τῶν Μουνυχιάσ τεταχμένων ἀρχῶν. Sequor Dukeri sententiam, ut scribatur: Μουνυχιάσι, sicut illud: Ὀλυμπίασι, quia singularis habet: Μουνυχία, Ὀλυμπία. Ita etiam vocabulum: Μουνυχιάσι in cod. Aug. παροξυτόνως scribitur. Perro legendum est: τεταχμένων ἀρχῶν, eadem Dukeri sententia. Utraque vox iam παροξυτόνως scripta reperitur in Stephani libro *De urbibus*, sub: Μουνυχία. — In verbis: τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ὀπλιτῶν τὸ στίφος ταῦτα ἐβούλετο — vera lectio ita constituenda esse videtur; τὸ στίφος ταῦτα ἐβούλετο —. Nam lectionem: ἐβούλετο septem codd. adferunt atque etiam Vallae liber, quia vertit: idque ex voluntate maximae armatorum partis. Altera autem lectio: ταῦτα, mea nititur coniectura, quae orationi contextae quaeque maxime est adcommodata. — In verbis: ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα: ἀρχίζετο τοῖς ὀπλιτῶς ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίος, τῷ πληθεὶ ἐχαλέπασσον —, quia eadem dictio: ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα etiam in Xenophontis Hist. Graec. lib. II, cap. 4, §. 21. simili sensu adhibetur, ut respondeat Latino: *dicis causa*, verisimillimam esse puto Schneideri doctissimi sententiam, ut duabus vocibus in unam coniunctis legatur: ὅσον ἀποβοῆς ἕνεκα. Nam duas praepositiones separatas: ἀπὸ et: ἕνεκα cum uno vocabulo: βοῆς coniungi potuisse, non facile cre-

quam Graecae linguae studioso persuadebitur. Pro illo: τῷ πλήθει haud dubie magis vera lectio: τῷ ἀληθεῖ ἔχaleπαινον, est admittenda. Nam haec lectio, quam cod. Marg. unus Paris. Scholiastes et Vallae liber, quia vertit: *re vera excauduerunt*, confirmant, optime opponitur illi: ἀπροβοῆς ἔνεκα. — In verbis: καὶ εἰ ἄμεινον εἶναι καθαιρεθὲν — comma post: ἄμεινον est ponendum, ne horum verborum sensus perturbetur. Nam ad: ἄμεινον est ex antecedentibus intelligendum: δοκεῖ, et sequentia: εἶναι καθαιρεθὲν, ex antecedentibus: ἄμεινον δοκεῖ, pendent. — In verbis: φοβούμενοι, μὴ τῷ ὄντι ὡς καὶ πρὸς τὰ εἰπῶν τις κὶ ἀγνοία ασφαλή — elegantia et doctrina Heilmanni dignissima est eius coniectura, ut legatur: μὴ τὰ ἀντιῶσι. Sine ulla tamen codicum auctoritate illam recipere adhuc dubito. — Denique in verbis ultimis: τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχου ποσούτους ἀντικρὺς ἀν δῆμον ἡγούμενον — vocabulum: δῆμον, sicut etiam in aliis scriptorum locis reperitur, positum est pro: δημοκρατίαν. Errore typographico in ed. Lips. lectio falsa: ἡγούμενον est orta. Nam Dukeri et Gallii editiones cum plurimis codd. recte exhibent: ἡγούμενοι. Constat, syllabas vocabulorum ultimas: on et: oi, etiam a librariis saepe esse permutatas. Ita statim cap. 96. in lectione: διάφορον et: διάφοροι dissident codices et cap. 103 et c. 105 dissentiunt in lectione: ἀτακτότεροι et: ἀτακτότερον. lib. VI, c. 49: αἰφνίδιοι et: αἰφνίδιον. cap. 80: προθυμότεροι et: προθυμότερον. cap. 89: μετριώτερον et: μετριώτεροι. lib. VII, c. 25: πρότεροι et: πρότερον. lib. VIII, c. 12: πιστότερον et: πιστότεροι. c. 49: ἄκριτον et: ἄκριτοι.

Cap. 93. *Ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θεῖατρον ἰθύντες* — Quatuor codices simul cum Vallae libro legunt: *Διονυσιακὸν τὰ ἐν τῷ Πειραιεῖ θεῖατρον*. Nam Valla vertit: *ad theatrum Dionysiacum, quod ante Munichiam est intra Piraeum* — Est etiam verisimile, in Piraea conuenisse milites, quia ibidem commorabantur, antequam in urbem redirent. Quare etiam hoc codicum additamentum a vero locorum situ non aberrat. Imo haud dubie est idem theatrum, cuius etiam Xenophon Hist. Graec. lib. II, c. 4, §. 22, in verbis: *πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θεῖατρον* meminit. Improbat quidem Dukerus hanc codicum lectionem, quam putat ex Xenophontis loco hic esse adiectam. Quod mihi non verisi-

mile esse videtur. Imo, si quis in verbis: ἐν τῷ Πειραιεῖ interpretamentum librariorum quaesiverit, facilius ex verbis antecedentibus: ἐν τῷ Πειραιεῖ ὀπλίταιν huius additamenti causa inuenietur. Forte tamen haec verba ab ipso profecta sunt Thucydide, ut ita theatrum in Piraeo exstructum ab aliis theatris in Athenarum urbe distingueretur.

Cap. 94. Καὶ πᾶς τις τῶν ὀπλιτῶν αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι —. Decem quidem libri legunt: τῶν πολλῶν ὀπλιτῶν —. Sed mihi persuadere non possum, hanc ineptam lectionem ab ipso Thucydide esse profectam. Mihi potius videtur ex permutatione et repetitione literarum in illo: τῶν ὀπλιτῶν a librariis facta traxisse originem. — In verbis: ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου, μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων — optimorum quorumque interpretum sententiam amplector, qua omissa negandi particula: οὐ post vocabulum: πολέμου est inserenda.

Cap. 95. Λαβόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι δύο καὶ εἴκοσι ναῦς —. Sex codices apte legunt: λαβόντες δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι —. Nam antea iam plura de Atheniensium calamitate narraverat. Quare haec sequentia iam commode particula: καὶ cum antecedentibus coniungantur. — In verbis ultimis etiam bene Graecae libri plurimi exhibent: καὶ τὰλλα τὰ περὶ αὐτὴν καθίστατο, cum antea vulga ederetur: καὶ τὰλλα περὶ αὐτὴν —.

Cap. 96. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὐβοίαν γεγενημένα —. Dukerus coniecturam suam quidem, ut legatur: ὡς ἠγγέλθη, propter Scholiastae notam non habet verisimilem. Sed mihi adhuc valde arridet, quia illud: ἠγγέλθη, non autem: ἦλθε cum dicendi consuetudine Thucydidi propria plane convenit et quia etiam in cap. 97. ad hunc locum verbis: ἐπὶ τοῖς ἠγγελέμοις aperte respicitur. Concedam quidem, Scholiastae aetate iam variam lectionem: ἦλθε adfuisse, sed forte adhuc ex aliorum codicum collatione vera lectio: ἠγγέλθη confirmabitur. Etiam Valla illud: ἠγγέλθη in libro suo legisse videtur, quia vertit: Postquam haec ad Euboeam gesta Athenis nuntiata sunt. — In verbis: σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιῶ ἔρημον ὄντα πλεῖν — octo codices legunt: ἔρημον ὄντα ἀποπλεῖν —. Quae lectio saltem orationis numerum magis sustentat. — In verbis: καὶ διεσῆσαν αὐ εἰ μᾶλλον, τὴν πόλιν εἰ ἐπολιόρκον μένοντες — decem li-

brorum lectio: καὶ ἢ διεότησαν αὐ ἐνι μάλλον τὴν πόλιν ἐφορμοῦντες, ἢ ἐπολιόρκουν μένοντες — haud dubie longe aptiorem toti narrationi sensum adiungit. Etiam Valla in suo libro ita legebat, quia vertit: *Itaque aut adgredientes urbem magis in seditionem concitassent civitatem, aut manendo obsedissent cogentes.* Eadem lectio etiam in cod. Marg. reperitur, omisso tantum: ἐφορμοῦντες. In alio cod. Cl. saltem pro: εἰ occurrit: ἢ ἐπολιόρκουν, et alii nonnulli saltem particulam: ἢ ante: διεότησαν inserunt. — In verbis: Ἀλλ' ἐν τούτῳ μόνῳ Ἀθηναίωνι — error typographicus in editione Lipsiensi sensum huius loci peruertit. Nam Dukeri et Gailii editiones codicum plurimorum auctoritate exhibent: Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ Ἀθηναίωνι —.

Cap. 97. Εἶναι δὲ αὐτῶν ὅποσοι ὄπλα παρέχονται —: Nouem codd. legunt: ὅποσοι καὶ ὄπλα παρέχονται —. Non male adiecta mihi esse videtur haec particula: καί. Nam in uniuersum hoc additamento indicari puto, eos tantum in numerum quinque millium esse relatos, qui etiam tot bona possiderent, ut in magna rerum angustia, quae Athenienses tunc temporis premebat, semet ipsos suis armare sumtibus et ad bellum necessaria sibi suppeditare possent. Cum illa interpretatione optime sequentia conueniunt: καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν ἀρχῇ —.

Cap. 98. Ἐπολιόρκουν δ' αὐτὸ διὰ ξυμφορὰν σφίσι ἐκ τῆς Οἰνῆς γιγνομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων διαφθορᾶς οἱ Κορίνθιοι —. Legendum esse videtur: διὰ ξυμφορὰν — γενομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων διὰ φθορᾶς οἱ Κορίνθιοι. Septem codices exhibent illud: γενομένην, atque in duobus etiam codd. adhuc legitur: διὰ φθορᾶς, nonnullis caesis. Sicut etiam Graeci dicunt: διὰ ἡσυχίας, δι' ἀσφαλείας.

Cap. 99. Καὶ αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης που ἦκον —. Undecim codd.: τέως; hinc; adfunt ante: που et quinque codd. legunt: ἦκον. Utraque lectio non sine causa a Dukero probatur. Quare legendum est: οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης τέως που ἦκον —.

Cap. 100. Θράσυλλος ἐπ' αὐτὴν ναυσὶ διενοεῖτο προσβολὴν ποιῆσθαι —. Octo codices legunt: ἐπ' αὐτὴν πάσαις ταῖς ναυσὶ —. Quod additamentum bene quadrat, quia statim sub finem capituli adicitur: καὶ αἱ πᾶσαι νῆες παρήσαν — ἀφ' ὧν — παρεσκευάζοντο, αἷς — αἰρῶσυντες

τὴν Ἐρεσον. Etiam Valla vertit: *cum tota classe adueniens Thrasyllus.*

Cap. 101. Παραπλεύσαντες τὴν Κύμωσαν δεπνοποιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις τῆς ἠπείρου —. Lectio: *δεπνοποιοῦνται* ex interpretamento orta esse videtur. Nam plurimi codd. legunt: *περαιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις* —, quo haud dubie commoratio nocturna in his insulis, in quas traiecerunt, indicatur. Forte ex Xenophonis verbis Hist. Graec. lib. I, c. 6, §. 19: *δεπνοποιοῦμενοι ἐν ταῖς Ἀργινούσαις* huius loci interpretamentum traxit originem. Quodsi igitur admittitur illa codicum lectio: *περαιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις*, traiecerunt in *Argimusas*, aperte illud: *ἐν Ἀργινούσαις* positum est pro: *ἐς Ἀργινούσας*. Qua dicendi consuetudine Thucydides interdum utitur. Ut lib. IV, cap. 42: *ἐν Ἀμπρακίᾳ καὶ ἐν Λευκαδίᾳ ἀπήσαν* — et lib. VII, c. 17: *παρισκευάζοντο αὐτοὶ τε ἀποστέλλοντες ἀπλίτας ἐν τῇ Σκελίᾳ*.

Cap. 102. Τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου ἄμα τῇ ἔῳ κατιδόντες τὴν δίωξιν εὐθύς ποιοῦμενοι, οὐ φθάνουσι πᾶσαι —. Mihi persuadere non possum, ut: *δίωξιν ποιῆσθαι* indicet: *fugere*. Saltem Thucydidis dicendi consuetudini talis interpretatio aduersatur. Puto Thucydidem scripsisse: *εὐθύς ποιοῦμενον οὐ φθάνουσι* —, ut illud: *ποιούμενον* ad Mindarum, classis Peloponnesium ducem, referatur. Iam cap. 92. docui, syllabas ultimas: *οι* et: *αν* saepe a librariis esse permutatas.

Cap. 104. Νῆες ἕξ καὶ ὀγδοήκοντα· οἱ αὖ Πελοποννήσιοι ὡς ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Λαρδαίου, νῆες ὀκτώ καὶ ἐξήκοντα —. Argumenta, quibus doctissime usus est Acacius, ut demonstraret, in nostro loco transponenda esse verba: *ἕξ καὶ ὀγδοήκοντα*, et: *ὀκτώ καὶ ἐξήκοντα*, et ita minorem nauium numerum de Atheniensibus, maiorem autem de Peloponnesiis adhiberi debere, sunt tam certa et clara, ut adeo sine ulla codicum auctoritate hanc verisimillimam numerorum transpositorum emendationem recipi posse censeam. Facilis autem fuit librariis haec peruersa numerorum transpositio, siue literis: *πς* et: *ξη*, hos numeros fuisse scriptos censeas, siue affinitatem duplicis numeri, sicut iam Acacius animaduertit, respicias: *ἕξ καὶ ὀγδοήκοντα*, et: *ὀκτώ καὶ ἐξήκοντα*. Ad antiquissima vero tempora librariorum negligentiam in hoc loco conspicuam referri debere, ex magno codicum consensu

in exhibenda lectione peruersa adparet. In cod. Cl. tamen pro: *ἐξήκοντα* recte adlatum est: *ὀγδοήκοντα* et in cod. Graeu., quamuis lacuna codicis deprehendatur, tamen verba: *ογδοήκοντα κέρας δέ* —, sicut vere se inuicem proxime excipere debent, coniuncta leguntur. Praeterea in verbis: *ὡς ἀπὸ Ἀβύδου* undecim codicum consensu omittenda est particula: *ὡς*, sicut etiam antea sine addita hac particula *ὡς* scriptum erat: *ἀπὸ Ἰθάκου μέχρι Ἀρδιανῶν*.

Cap. 106. *Ἀπηλλάγησαν τοῦ — καὶ τοὺς πολεμίους ἔτι ἀξιούς τοῦ ἐς τὰ ναυτικά νομίζειν* —. Dukerus quidem et Bauerus censent, h. l. legendum esse: *ἀξιούς του* — pro: *τινός*. Sed nihil muto, quia illud: *τὸ ἐς τὰ ναυτικά* in uniuersum *artem nauticam* indicat. Quare sub his verbis: *ἀξιοὶ τοῦ ἐς τὰ ναυτικά* intelligo *homines ad exercendam artem nauticam idoneos*. — In verbis: *καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς ἐναντίοις* — tollendus est articulus: *τοὺς* ante: *νεκροὺς*, non sine codicum consensu.

Cap. 108. *Ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Ἴωνας*. Inepta est haec lectio: *ἐπὶ τοὺς Ἴωνας*, quia impetum Tissaphernis hostilem in Ioniam factum indicaret. Quare longe praeferenda est nouem codicum lectio: *ἤλαυνεν ἐπὶ τῆς Ἰωνίας* —, sicut etiam Valla in libro suo legerat, quia vertit: *properauit in Ioniam*. — In verbis: *ὑπὸ Ἀστάκου τοῦ Πέρσου* — *ἀδικούμενοι* — septem codices cum Vallae libro nomen magis Persicum: *ὑπὸ Ἀρσάκου τοῦ Πέρσου* — adferunt; cui lectioni etiam Dukerus non sine causa fauebat. Ad confirmandam hanc lectionem etiam conducunt quatuor codd. qui legunt: *Ἀρκάσου* —. Denique in verbis: *καὶ ἐπαγγείλας στρατιὰν αὐτῶν τοῖς βελτιστοῖς* — verissimam esse puto Aem. Porti coniecturam, ut legatur: *στρατείαν αὐτῶν* —. Etiam Valla ita legisse videtur, quia vertit: *cum — expeditionem indixisset*.

Cap. 109. *Καὶ οὐ μόνον τὸ ἐν Μιλήτῳ καὶ Κνίδῳ — διαβεβλήσθαι τε νομίσας αὐτοῖς σφόδρα* —. Duodecim codices legere iubent: *τὸ ἐν τῇ Μιλήτῳ* —, sicut adfuit cap. 83. et aliis locis. Porro octo libri exhibent: *διαβεβλήσθαι τε νομίσας αὐτοὺς σφόδρα*. Plane eodem modo etiam plusquamperfectum passiuum actiui significatione supra cap. 83. occurrit in verbis: *τῷ Τισσαφέρνει ἀπιστοῦντες πολλῶν δὲ μᾶλλον ἔτι διεβέβλητο*, multo magis indigna-

bantur. Censeo igitur lectionem: διαβεβλήσθαι τε νομί-
 σως αὐτοὺς σφόδρα, putans eos valde infensos esse, hoc
 loco esse praefendam. — In verbis: καὶ τὰς διαβολὰς
 καὶ περὶ τῶν Φοινισσῶν νεῶν καὶ τῶν ἄλλων ὡς εὐπρεπέστα-
 τα ἀπολογησῆται — non bene: τὰς διαβολὰς cum: ἀπολο-
 γησῆται coniungi poterit. Quare aptissima neque negli-
 genda est septem codicum lectio: τὰς διαβολὰς ἀπώση-
 ται, quam etiam Wassius adsensu suo dignam habet.
 Ceterum a Scholiasta iam hanc lectionem esse in non-
 nullis libris inuentam, ex eo adparet, quia adiectis ver-
 bis: λείπει τὸ ἀπώσηται, eam quoque in nonnullis deesse
 libris indicavit. — Quod ultima denique verba huius
 praestantissimi operis attinet: ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θίρος
 χειμῶν τελευτήσῃ, ἐν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται —, ea cum
 antecedentibus non apte cohaerere, non facile quisquam
 infutiat. Quare statui debet, vel a librario haec ver-
 ba esse adsuta, sicut Dodwellus in suis Annalibus Thu-
 cydideis censuit, vel ex Thucydidis adnotationibus haec
 esse adiecta, ut ita continuationem operis, cui forte im-
 mortuus est, praepararet. In uno codice Paris. plane
 desunt haec verba.





